BIBLIOTECA COMUNALE DI TRENTO
UNIVERSAL SHORT-TITLE CATALOGUE
UNIVERSITÀ DEGLI STUDI DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia
FONDAZIONE CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

VESCOVI VIGILIO, *Praxis vera cognoscendi atque sanandi quoscumque maleficiatos cum methodo utilissima pro agonizantibus opus omnibus parochis necessarium in lucem editum*, Rovereto, Carlo Zanetti, 1673.

Esemplare digitalizzato:
Trento, Biblioteca comunale, TS I k 222

LINK: https://bdt.bibcom.trento.it/248

BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TRENTINA
progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*

COMUNE DI TRENTO

BIBLIOTECA COMUNALE DI TRENTO

UNIVERSAL SHORT-TITLE CATALOGUE

UNIVERSITÀ DEGLI STUDI DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia

FONDAZIONE CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro ("Bando Archivi 2014"), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell'Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l'University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All'interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l'Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (http://bdt.bibcom.trento.it/).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell'edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation ("Bando Archivi 2014"), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (http://bdt.bibcom.trento.it/).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TRENTINA

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*

COMUNE DI TRENTO

T. S. 3. l. 86

Sig. Conte Giov. Martini

Calliano

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

TS
I
k
222

TRENTO
BIBLIOTECA COMUNALE

TS
I

PRA
C
AT Q
Quo
METI
PRO
OMNI
N
IN L
VIG
S. T.
C

IN RO
Co.

PRAXIS VERA
COGNOSCENDI
ATQVE SANANDI
Quoſcumque Maleficiatos
CVM
METHODO VTILISSIMA
PRO AGONIZANTIBVS
OPVS
OMNIBVS PAROCHIS
NECESSARIVM
IN LVCEM EDITVM
Opera, & impenſis
VIGILII VESCOVI
S. T. D. Parochi Medij,
Coronæ, & Decani
Athe,

IN ROVEREDO, Per il Zanetti
Con Lic. de' Sup. 1673.

REV.

AN

Q

Collegij

nonico

S.A

V

VI

V I

Autho

REV.mo, ET AMP.mo

DOMINO

ANTONIO QVETA

Collegij Sancti Michaelis Canonicorum Regul. Ordin. S.Auguſtini Præpoſ. vigilantiſſimo.

VIGILIVS VESCOVI

M. C. Paro. F.

LIbellus iſte contra Dæmonis maleficia iam diu exprobatis, Authoribus conceptus in lucem

lucem vel tandem prodi- re cupiens in adoptionem tuam Ampliſſimus Præ- ſul veluti Patre orbatus lu- bentiſſimo voto currit, magnum ſibi in eius tute- la, & patrocinio præſſi- dium ſtatuens, dum ad- uertit per ipſum ad Dæ- monis confuſionem præ- ſtantius opus magno ani- mi conatu, ingenti ſtudio, ſummiſque impenſis pa- rari. Reuera hęc tua laus eſt, & quam nulla dele- bit ætas, quod collabentis & in vltimam ruinam

iam iam minitantis Monaſterij tui ſtatum breui temporis interuallo mirabiliter erexeris, priſtinamque Religionis Regulam induxeris; quo ſtudio fundatoris nomen magis quam Reſtauratoris meritò es aſſecutus. Prima aſſumpti regiminis cura fuit Religioſam familiam ex nobiliſſima atque honeſtiſſima iuuentute inſtituere, & ampliare, collapſam diſciplinam omnibus religioſæ vitæ virtutibus inducere,

cere, diuiſis cuique muneri horis; adeoque nunc præter quotidianum Sacrarum litterarum, & Muſicos Studium (pro Diuinis laudibus decantandis) pietas, & Dei cultus maximè viget, mores culti, & vita Regularis eluceſcunt, vt meritò dici poſſit. Caſtra Dei ſunt hæc, vbi Dæmonis conatus propulſatus. Deinde Sacram ædem in hanc auguſtam formam cum Monaſterio à fundamentis erexiſti; vt, ſiue

laborum aſſiduitatem, ſiue ardorem in reformandis moribus, ſeu ſtudium in recuperandis, & ampliandis Monaſterij iuribus, quæ temporis iniuriam ammiſſa vel oppreſſa erant intueor, planè ſtupens hæream atque admirer, ſitque vt credam Dei prouidentia omnino factum eſſe, quod præſideres, nimirum vt te Authore veluti rediuiua reſurgeret Religio; tantoque maiorem gloriam aſſecutus es, quanto glo-

rioſius è, magno aliquo in naufragio periclitantem conſeruare. Neque ego hoc ago, quod plures ſolent, qui multa fingunt, vt fauorem aſſequantur: quæ breuiter commemoraui, in luce ſunt, & omnium oculis, & me etiam tacente, inſtitutum, mores, lapides, & marmorea loquuntur. Habent ergo quod gratulentur ſibi Pauperes, peregrini, & quicumque intra huius Regionis ambitum continen-

tinentur, quia commune eſt beneficium. Ego verò libentius hæc cõmemoro, vt exultantis animi mei ſenſum aperiam, & aliquod obſeruantiæ ac gratitudinis ob plurima mihi collata beneficia in hac Parochia exhibeam; hoc præcipuè optans, vt Deus ad multos annos Ampl. tuam nobis, & Monaſterio ſuo incolumem ſeruet.

Medij Coronæ
die 1. Auguſt. 1673.

LECTORI
BENEVOLO
SALUTEM

PRO Publicæ utilitatis cauſa, & in Parochorum gratiam, aliorumque animarum Curatorum hoc opus elaboratum eſt, vt Diaboli opera, ex virtute Dei diſſoluere valeant. Ille humani generis infeſtiſſimus hoſtis per ſe, vel per ſuæ libidinis miniſtros, perdere, & offendere ſemper laborat; quorum iniquiſſimorum hominum numerus cre-

creſcit in dies, creſcente hominum malitiam. Hi abiurato Deo, veraque religione, Dæmonem ducem ſuum ſequuntur, in cuius poteſtate ſunt; eius ductu, & ope maleſicia innumerabilia incredibili furore exercent, elementa conturbant, aerem mouent, verbis, herbis, alijsque rebus, beſtias, & ſegetes inficiunt, hominum mentes turbant, corpora diuerſis ac diris modis vexant, cruciant, inficiunt, crudeliterque interimunt, quæ mala cum talia ſint, vt vbique ante omnium oculos quotidie obuerſentur plurimi nihilominus Sacerdotum ſunt qui vel laborem metuentes, aut quia verum modum, artemque ignorant pro authoritate, quam à Domino, acceperunt, peſſimo, ac impio Diaboli connatui non reſiſtunt, quod an tutò, ac ſine Dei offenſa fiat, ipſi viderint. Ex huius libelli lectione plurima documenta ad hoc inſtitutum maximè ne-

ceſſa-

ceſſaria intelligent , quæ ſi diligenter , maturè ,ac prudenter ea adhibuerint , facilè , ac ſine labore , ſuo proximo multum proderunt .

Pro materia benedictionum remitto Lectorem ad Authores ſub nominatos , & præſertim ad libellum R. P. Floriani Canali , & ad Circulum aureũ R. P. Fran. Mariæ de Capellis Cappuc. vbi diuerſæ rerum comeſtibilium , & medicamentorũ benedictiones habẽtur.

AVTHORES

Qui in hac materia videri poſſunt.

Sacerdotale Romanum in fine .

Sacerdotale Romanum D. Franciſci Samarini.

Petrus Tireus de apparitionibus Soc. Ieſu.

Martinus Delrius Soc. Ieſ. Diſquit. Magicæ Malleus Maleficarum.

R. P. Candidi Brugnoli Ord. Min. Ref. Alexicacon, opus nouum, & inſigne. In folio , Venetijs impreſſum.

Proc-

PROEMIVM.

CVIVSLIBET artis natura requirit, teſte Philoſopho vt explicato illius nomine, agatur de neceſſitate illius, & vtilitate, deinde de illius ſubiecto, fine, modo, ordine, & progreſſu.

Hæc noſtra; ars vocatur, non mechanica ſed libera, quæ regulas habet, ac modum docet exorcizandi. Dicitur ergo ars Diuina, quia Diuinam ſuppon it authoritatem, ideſt ordi-

nis Sacramentum, qua Dæmones adiurantur, conſtringuntur, iiliſq; virtute Dei precipitur ne vllis creaturis noceant.

Eſt autem neceſſaria, Primò, vt Diaboli refrenetur potentia, & rabies: Secundò, vt eius opera malefica diſſoluantur; Tertiò, vt eius fraudes aperiantur, ipſe autem arceatur, ac foras in Dei virtute mittatur.

Vtiliſſima autem eſt primò, ad manifeſtandam Dei gloriam, ſecundo, ad ſalutem animarum, & corporum, & propter alia plurima vt patet.

Artis ſubiectum eſt ipſum corpus à Dæmone poſſeſſum, vel maleficiatum, ſub quo comprehenduntur alia omnia genera vexationum,

Finis

Finis autem eſt vnus proximus, alius remotus. Proximus eſt docere modum exorcizandi, vt Dæmones Exorciſtæ ſubijciantur; Ræmotus finis, qui eſt proprius, liberare perſonam ab omni Diabolica vexatione.

Si loquimur de modo, eſt mirabilis, ab ipſo Chriſto, & Sanctis Apoſtolis vſitatus. Hæc non inquirit communiter maleficiorum inſtrumenta, nec Diaboli nomen, gradum, aut numerum, prout aliàs fit, cum longis lectionibus, ſuffumigationibus, præceptis, & alijs, ſæpe, poſt tot horarum labores ſine fructu.

Breuiter hæc ars, ac paruo cum labore, ſuum certum obti-

net intentum, Summo Dei honore, à quo omnis virtus procedit.

Sic ars hæc meritò admirabilis apellatur, qua, non vnus, ſed plures Energumeni, & Maleficiati, vno actu, ſine clamore, & ſudore, liberari poſſunt, modò exactè, diligenter, & accuratè ea omnia obſeruentur, quæ infrà breuiter traduntur.

PARS PRIMA,

Caput Primum.

Dare Maleficia , & quomodo Dæmon Corpora humana ingrediatur.

MALEFICOS in mundo eſſe qui uocatione Dæmonum, pacto cum ipſis inito tacitè vel expreſsè, ſigno ſenſibili interiecto multa mala faciant, nulli dubium eſt, Horum numerum Propè infinitum extare, quos Sathanas mira ſibi arte mancipiat, ſanè res ipſa loquitur, & communis vbiq; terrarum experientia te-

ſtatur, quod inprimis verè dolendum eſt. hoc ex Sacra Scriptura comprobatur, *in Geneſi 7. Dan. 2, Deut 18 Malach. Exod 22. Leui. 19. 20. Mich. 5. 1 Reg. 33. &c.* Neq; Sanctorũ Patrum deſũnt teſtimonia, inter quos videatur S. Auguſtinus *lib. 18 de Ciuitat. Dei c. 17.* Hoc idem difiniunt Doctores Scholaſtici *in lib. 4 Sententiarum diſtin 34.* Item Sacri Canones, prçcipuè autem ſi per ſortiaria, et maleficas artes *22. quaſt. 1.* De quibus plurimus mirabiles caſus ſcribit Pater Martinus Delrio Soc. Ieſu in ſuo opere diſquiſitionis magicarũ atq; leguntur cuius titulus *Malleus Maleficarum.*

Item apud Silueſtrum Prierium. Ioannem Nider in ſuo Formicario Paulum Chirlandum, & alios reſentiores, qui omnes multis hiſtorijs & exemplis idem referunt.

Hi autem impijſſimi Dçmonum Clien-

Clientes & miniſtri ſunt quos Magos præcipuè, Veneficos Sagas Lamias, & Strigas (vulgò appellamus) qui cum immundis ſpiritibus commercium vitæ habent, vt ſuæ libidini, impietati, furori, impotenti audaciæ, & iræ deſeruiant, verè ſui ipſius generiſq; humani, inimici, quando abiurato Deo, Sacra omnia, humanàq; proculcant, & in humanum genus pro ſua libidine miris ac diuerſis modis deſæuiunt.

Et quamuis diuerſimodi Diabolus homini nocere ſtudeat, per inhabitationem tamen, & impoſſeſſionem grauius torquet.

Diabolum autem humana corpora ſubſtantialiter inhabitare contingit dupliciter; primò, non ad alicuius inſtantiam, ſed ſponte per ſe ipſum permittente Deo, ſicuti ſæpè contingit, & habetur, *1. Reg. 16. Mar. 1. 5. 7. 9. Luc. 4. 8. 9. 11. 13. Act cap. 16.* Secun-

do ad inſtantiam Malefici, & Sagæ Deo item permitente, ipſum inuocando, & ſuis incantationibus alliciendo, & inhabitationem inſinuando, quod patet ex multis exemplis apud Aùtores ſupraſcriptos.

Permittit autem Deus vt Diabolus corpora humana ingrediatur (*Vide cap. 12.*) primò, propter deſperationem, ſecundo propter aliquod propriū, vel parentum peccatum. tertiò ad exercitationem, quartò, propter incredulitatem, & timorem.

Primi duo modi ad Dei vindictam ſpectant, vt habetur *in canone 13. quæſt. 5.* Tertius modus ad ſalutem, ſecuti legitur de multis Sanctis.

Puniuntur ideò filij interdum propter peccata parentum, quia vt habet *Sanctus Thomas, 2.2, queſt. 8.* filius eſt res patris ſecundum cor-

corpus, & ſic in pœnam illius, filius puniri poteſt.

Propter peccata propria etiam venialia Deus flagellare ſolet in vita præſenti, ut habetur *Tob. 7.* ſuper illos, qui libidini deſeruiunt.

Flagellat autē Deus in uita preſenti, primò, ut Deus glorificetur, quādo miraculosè precipuè aufertur malum, ſicuti habetur *Ioan. 9. de ceco nato.* Secundò ut meritum cumuletur per exercitium patientiæ, aut latens virtus manifeſtetur, vti in *Iob.* Tertiò vt virtus conſeruetur per humiliationem, Quartò, vt æterna punitio hic incipiat, vti in Antiocho, & Herode, Quītò vt homo ſic emendetur, & purificetur, ſicuti cum *Dauid. 6.* hoc etiam facit in magnam Diaboli contumeliam, quod nimirum eò vtatur Deus ad ſuam voluntatem, & ad manifeſtationem gloriæ ſuæ. Septimò, Deus permittit mala fi-

ri, licèt non velit malum fieri: permittit autem propter admirabilē perfectionem vniuerſi, quod contingit in hoc, quia bona comendantur eminentius, & magis placent comparata malis. *Ex Sancto Thoma part. 1. quaſt. 19. art. 12.*

Sed illud eſt omninò obſeruandum quod dictum eſt de incredulitate, & timore; Frequentiſſimè hoc euenit, vt dicere poſſimus, incredulitatem aperire ſemper ianuam ad ingreſſum. Diaboli per maleficium; proinde ſicuti per illam vexationes incipiunt, cum illa etiam perſeuerant, nullaq; ſperanda eſt ſanitatis recuperatio.

Cum infidelitate itaq; coniunctus eſt timor & tremor, nam vera in Deum fides expellit timorem.

(*Infra cap. 12.*) Diabolus ergo cum corpus humanum ingredi tẽtat, aut maleficio inficere, timorem immittit, vt fidem reddat in-

fir-

firmam. Apparere ſolet in effigie alicuius hominis, qui mala morte eſt mortuus, vel rapreſentat effigiem horribilis alicuius Spectri, vel Animalis, hoc vt plurimum de nocte contingit, in locis obſcuris & remotis, quando perſona eſt ſola. Intrat autem ſtatim, vt detur conſenſus per defectum fidei, aliàs non, interdum per os, aures &c. in modum venti, aut muris, &c. apparentq; immediatè ſigna obſeſſionis, aut maleficij.

ADMONITIO.

1. PIj ergo & boni Paſtoris officium eſt, cauere diligenter, vt hæc peſtifera lues è medio populi tollatur; quæ animas & corpora crudeliter inuadit; nam præter ennarrata mala, plurima alia conſequuntur, odia, inimicitiæ, rixæ, diſſenſiones, vindictæ, mur-

murationes, temeraria iudicia, deſ-famationes &c.

Sæpius proinde inter Conciones, & Doctrinæ Chriſtianæ exercitia contra deteſtabile peccatum clamet, eiuſq; grauitatem doceat, quàm turpe ſit, & homini Chriſtiano indignum; in certiſſimæ damnationis perpetuæ ruinam.

2. Moneat præterea Populum, ſi ſeipſum, ac filios ab omni maleficio immunes eſſe cupiunt, in fide erga Deum firmi ſtabileſq; ſint: nam ſicuti ex ſequentibus patebit, (*vide cap* 12) vbi vera fides eſt & firma nihil valēt Diaboli conatus: timet illam, & ſincerum hominis erga Deum affectum. Nihil illè poteſt, ſine Dei permiſſione.

Terrores illi, timoreſque, quos ſentimus, ex Diaboli ſuggeſtione ſunt, vt imbecillem reddat fidem, et confidentiam in Deum confundat. Ergo ſit ſemper firma fides,

et tunc quiuis immunis erit à maleficijs.

Adhibeant præterea cum eadem fide res Sacras, Veſperi dum ſe ad lectum component aquam luſtralem habeant ſignum crucis, ceram benedictam, reliquias, et ſimiles res Sacras appenſas, de quibus in preſenti libro multa, & apud Authores.

CAPVT SECVNDVM

DE REQVISITIS IN EXORCISTA Et Maleficiato.

ET primò multa in Exorciſta requiruntur: Authoritas, Scientia, Prudentia, Vitę bonitas, Fides perfecta ſine vlla hæſitatione.

1 Authoritas debet eſſe ordinis ſaltem Exorciſtatus, quamuis ad maiorem efficaciam & reuerenti-

am melius ſit Sacerdotalis. Item requiritur authoritas Iuriſdictionis, nimirum ab Epiſcopo, in cuius Dioceſi reperitur vexatus.

2. Scientia habetur inferius in cap. de Cathech. requiritur etiam ſcientia, aliqualis medicinæ, vt poſſit diſcernere inter naturalem, & Diabolicam vexationem.

3. Prudentia requiritur vt cognoſcat quæ Perſonæ ſint exorcizandæ, quomodo, vbi, quando, qualis ordo, & modus ſeruandus: qualis diſpoſitio habēda, et qualis modus procedendi pro perſonarum diuerſitate, et quomodo deueniendum ſit ad perfectam libertatem.

4. Requiritur bonitas vitæ, vt non ſit in peccato mortali Exorciſta, (*Pſal. 65.*) ſit bonæ famæ, vt inde Patiens maiorem concipiat fidem ſuæ liberationis: item pro-

propter adſtantes ne ſcandalicentur, & propter Dæmones vt magis timeant.

5. Requiritur fides, non tantum illa Catholica et Theologica ſed illa etiam quæ confidentia vocatur, ita vt ſine vlla hæſitatione præcipiat Dæmoni, et quod in virtute Dei certiſſimè obediet. Præterea nec pecuniæ quæſtum, nec vanam gloriam querat. *Luc.* 10.

6. In Energumeno verò et Maleficiato multa etiam requiruntur: primò, capacitas ſeu inteligentia: ſecundò, deſiderium ſummum ſuæ liberationis: tertiò, fides et confidentia certiſſima: quartò, obedientia: quintò, conſcientia pura.

Capacitas neceſſariò requiritur, vt intelligat & capiat ea quæ inferius traduntur, ſine qua nihil, aut parum boni fiet. Vnde ſi rudis fuerit,

fuerit, dificulter liberabitur, nam tales facilè a Dæmone decipiuntur. Si fuerit infans, tunc in Pærentibus illæmet conditiones requiruntur. Deſiderium ſalutis etiam requiritur intenſum in patiente propriæ liberationis, & ſic interrogandus eſt ſuper deſiderio, vt cognoſcatur adeſſe, vel non, & ſi non eſt, debet procurari, alias omnis labor erit inanis. Fides eſt totius artis fundamentum, *(Eph. 6 Matt. 17.)* quæ coniuncta ſit ſpei ſuæ liberationis; & in hoc maximè Exorciſta laboret, vt vexatus inſtruatur in Fide, & Spe. Obedientia item requiritur, vt Energumenus nihil eorum faciat, quæ ſuggeruntur à Diabolo, ſed in omnibus perfectè Exorciſtæ obediat, & illi credat, etiamſi illa videantur habere bonum finem, & eſſe bona. Conſcientia pura debet eſſe, & ſic Patiens ſæpius

con-

confiteatur: bona opera faciat, pietati & orationi incumbat, &c. Sic enim Deus magis mouetur ad præſtanda ſuæ Diuinæ gratiæ Dona.

CAPVT TERTIVM.

DE ACTIBVS EXORCISTAE, *& modo cognoſcendi maleficiatum, ſeu obſeſſum à Dæmone.*

Poſitis his ſupradictis deueniendum eſt ad actus, quos Exorciſta operari debet circa patientem, qui ſunt octo, videlicet, Cognitio, cathechiſmus, exorciſmus, probatio, præparatio, liberatio, præſeruatio, & repetitio. Sed clarius. Cautè enim incedendum eſt: fieri enim poteſt, vt ægritudo aliunde oriatur. Ergo primò cognoſcere debet patientem, an verè ſit à Dæ-

mone

mone vexatus, vel alia imaginaria infirmitate, pro vt plurimum, Secundò, cathechizare Energumenum ſecundum regulas infra ponendas, ſic & exorcizare, & probare illum an cathechiſmum percepit.

Primò, cognoſcitur Energumenus verè à Diabolo vexatus, inueſtigatione, vel inditio, vel manifeſtatione. Inueſtigare enim debet ſigna veræ vexationis, iudicare an illà ſint certa, vel coniecturalia, quæ plurima ſunt; alia probabilia, alia probabiliora, iuxta quæ Exorciſta poterit progredi ad alios actus.

Alia ſpecialia ſunt, vtpotè, ſi facit vel dicit vexatus aliquid excedens naturam humanam, ſi à Deo hæc prouenire non probantur; tunc ſunt à Diabolo. Secundò, dicens vel faciens quod excedit vires: vt cùm Ruſticus diſpu-

tat de Deo, vel loquitur latinè, ſeu alio idiomatè, tunc vel Diabolus eſt, aut Angelus. Tertiò ſi ad præſentiam ſacerdotum perturbatur: & non aliorum; Similiter ad præſentiam rerum Sacrarum, vel verborum Diuinorum, Imaginum, Reliquiarum & præcipuò ſi ipſo ignorante inponantur ſuper eum ac tunc horreat et eas deteſtetur. Quartò, quando infirmitates, & vexationes recedunt, vel accedunt, vel aliquam vexationem faciunt in patiente ſecundum precepta, ſunt diabolica. Sextò ſi patiens faciat aliquid vnde naturaliter deberet oriri aliquod malum, & non ſequitur, vt fit in præcipitando, vel percutiendo ſine offenſione. Septimò, ſi habet repugnantiam ad Sacramenta, ad ſacramentalia contra propriam voluntatem. Octauò, omnis motus inordinatus

in corpore, qui nec à voluntate, nec ab infirmitate naturali procedit. Nono, ſubita immutatio faciei, de colore, in colorem, de calore in frigus, et è contra, de turpitudine, ad pulchritudinem, vel è contra. Decimò, impeditus in naturalibus operationibus generaliter, & huius rei causa nulla reperitur naturalis, vel voluntaria. *Vndecimò*, ſi in domo, vel in parte aliqua inueniatur aliquod maleficium, & ſtatim ſit infirmatus. Iſtæ regulæ indicant ſignum euidens vexationis, vel ſaltem probabile.

Particularia ſigna ſunt in duplici differentia, quædam ſunt infrà perſonam, & alia circa perſonam. Circa perſonam alia ſpectant ad ſenſus internos, alia ad externos, & corporis diſpoſitionem. Ex potentijs autem ſenſitiuis interioribus non habentur

ſigna

ſigna niſi in imaginatiua, et potentia appetitiua; in alijs autem aut non ſunt, aut non cognoſcuntur.

In imaginatiua ſunt ſigna quãdo Energumeno continuatę fiunt apparitionis inhoneſtæ fortiter mouentes fantaſiam etiam contradicente voluntate, ac ſi oculis corporalibus videantur. Secundò quando occurrunt imaginationi viſiones rerum ſpiritualium frequenter, et patiens non habet fundamenta virtutis. Tertiò, itẽ ſi occurrunt viſiones horribilium præcipiciorum, et periculorum. Quartò, quando ſentiuntur allocutiones internæ formatæ et diſtinctæ, et cognoſcitur illas à Deo non eſſe, Quintò, quando ſomnia ſunt ordinaria rerum horribilium, vel libidinis. Sextò, quando imaginationi aliquid ſe præſentat quod non eſt bonum, et perſona

non poteſt ad alia diuertere.

In potentia ſenſitiua ſigna sũt, Primò, ſi maximæ commotiones paſſionum ſine extrinſeco motiuo, et præcipuè cum voluntas et ratio illis resiſtunt. Secundò, quando sine cauſa patiens odio habet perſonas, prçcipuè parentes, Sacerdotes, Exorciſtas, Viros probos, ſed præcipuum signum eſt, odium inter Coniuges. Quartò, si patiens ſentit in ſe propenſionem validam ad malum operandum contra proximum, sine mala voluntate, vt dare morſum, velle occidere etc. Quintò, si idē ſentit maximam inquietudinem in manendo vel conuerſando cũ perſonis ſupradictis.

In ſenſu exteriori signa ſunt, in viſu, si ſubitò patienti aufertur lumen, et ſubitò reſtituitur, quod si frequenter contingit, eſt signũ euidens. Secundò, quando patiens

ens videt res in alia diſpoſitione à naturali, vt ſi hominem videret cornutum, vel vti canem. Tertiò, cùm oculus patientis sic perturbatur, vt videntes terreat.

In auditu, quando ſubitò variatur auditus, vt patiens modò ſit ſurdus, et poſteà audiat. Si frequenter hoc contingit in audiendo ſpiritualia, eſt signum euidens. Secundò, quando patiens audit quaſdam voces ſe vocantes, et illis maximè attendit. Tertiò, quando eſt rumor continuus in auribus, nec dari poteſt cauſa naturalis.

In guſtu, quando vltra nouem dies patiens nil comedit, vel parum, et tamen fortis, et pinguis eſt, sicut prius: ſignum eſt euidens. Secundò, quando per multos menſes non potuit guſtare panem, vel carnem, quæ prius sine dificultate comedebat. Tertiò,

tiò, quando comedit beſtialiter, et bibit valdè exceſſiuè contra morem. Quartò, cum comedit cum difficultate, sic ut uiolenter oporteat illum cibare. et tamen talem infirmitatem cauſantem nauſeam non habet. Quintò, quando cibum nullo modo retinere poteſt, niſi ſit benedictus, et magis reijcit benedictum quàm alium.

In loquela, ſi patiens loquatur linguis, quas non nouit, hoc eſt signum euidens. Secundò, quando loquitur altè de rebus Diuinis, et miſterijs, quæ ipſe non intelligit, eſt signum euidens. Tertiò, quādo prædicit futura, vel occulta: eſt signum euidens. Quartò, quādo patiens loqui non valet, etiam volens. Quintò, quando ex inprouiſo de ore patientis exeunt verba, quorum patiens non recordatur, vel nollet ea exire, et pro-

proferre. Sextò, quando dicit verba proximo valdè pungentia.

In odoratu, quando fugit ſacros odores rerum benedictarũ, Thuris, Ruthæ, Roſarum, etc. Secundò, quando de ore patientis exeunt tætores infernales, ſulphuris, picis, fuliginis, carbonum, et huiuſmodi.

In tactu, cum tangendo nimis vrit, vel igneſcit, aut ſubitò frigeſcit, vel percutiendo leuiter, infers ſummum dolorem.

In diſpoſitione corporis signa ſunt. Primò in infirmitatibus, ſi longæ ſunt, & Medicis ignotæ, aut incurrabiles, et cauſa non videtur naturalis. Vel ſi infirmitas oritur, et nulla datur occaſio, et ſubitò diſparet, nullo medicamine adhibito: eſt ſignum euidens. Vel si infirmitas quasi ad mortem ducit, et ab illo ſtatu pluries conualeſcit, et iterùm reincidit. Si dolor

in capite ſit continuus ſine interuallo, ſiue per modum grauaminis, ſiue ſit per modum percuſſionis. Secundò, ſi dolor in ſtomacho perpetuus, ad modum indigeſtionis; vel magnæ debilitatis aut duræ pilæ aggrauantis. Tertiò, dolor in gutture quaſi cuiuſdam boli aſcendentis et deſcendentis. Quartò, dolor decurrens ab vna parte corporis in aliam: vel qui eſt modò, et ſubito deficit, et iterum reuertitur, et ſæpius: ſignum eſt euidens. Sexto, dolor qui ſigno crucis oſtenſo vel facto aufugit, et poſtea reuertitur, ſi pluries, ſignum eſt euidens.

In corporis motibus ſigna ſunt Primò, tremor in membris præcipuè in capite patientis cauſatus per rerum ſpiritualium præſentiam, vel perſonarum. Secundò inquietudo, qua aliquis non poteſt vllo modo quieſcere, nec ſtãdo, nec ſedendo, nec decumbendo.

& tamen nulla apparet infirmitas. Tertio, tuſſis ſicca valdè moleſta patienti & alijs ſine pituitæ expulſione, quæ nunquam conſumatur, & aggrauatur dum ſpiritualia miniſtrantur. Quartò, Screatus multus ad modum ſpumæ. Quinto, oſcitatio frequens cum maxima oris dilatatione, & præcipuè dum aliqua ſacra lectio habetur. Sexto cum tumores ſubiti in aliqua corporis parte cito oriuntur, & ſine aliqua cura citò euaneſcunt. Septimò, accidentia ſubito alicui contingentia, vt ſunt corporis lapſus, inſenſibilitas ſtoliditas, immutatio vultùs, concuſſio corporis &c. abſq; cauſa cognita. Octauo, corporis deportatio,& eiuſdem eleuatio contra voluntatem patientis, & non videtur à quo:ſignum hoc eſt euidens. Nonò, vociferationes,clamores, veſtium lacerationes,den-

tium arrotationes, & quæcumq; agitationes corporis ſine vlla cauſa, ſi patiens aliàs non eſt ſtult', & hæc ei diſplicent, & cognoſcit illas, & nollet: euidens ſignum eſt. Decimò, Vis ſeu inpulſus ſupra naturam patientis, & cum debilis ſit, et tamen à multis teneri non poteſt: cum frangit manu ferrum et ſimilia, eſt ſignum euidens. Vndecimò, decurſus ſubiti caloris et renum. Omnis motus inordinatus contra aliquam virtutem, et præcipuè contra caſtitatem, et honeſtatem in perſona aliàs honeſta.

Signa in inpedimentis operationum. Primò, cum quis non poteſt recipere Sacramenta, audire Miſſam, leggere Sacra, orare, et ſimilia, in perſona aliàs ſpirituali, et ſine cauſa naturali, eſt ſignum euidens. Secundò, impedimentũ intellectùs et memoriæ in eo qui paulò

paulò antè erat perſpicax, capax, & tenax. Nota tamen, cum hoc impedimentum intellectùs, & memoriæ à Demone prouenit, non eſt in ipſo intellectu & memoria, ſed in ſenſibus. Tertiò, impedimentum proprij exercitij, ſi (v.g.) impediatur à ſcribendo, & artifex in ſua arte, nulla præcedente infirmitate: in pauperibus eſt ſignū euidens. Quartò, ab vſu matrimonij, communiter eſt euidens, de quo erit ſpecialis tractatus.

Signa circa perſonam vexatam non in ipſa de quibus iam dictum eſt, ſunt alia circa locum, quædā circa tempus, alia ſunt contingentia. Signa in locis, ſi vexatus fugit & horret ab ingreſſu Eccleſiæ, propinquare ad altare, et alia loca vbi Sacra venerantur. Secundò, ſi in aliquo determinato loco melius, vel peius ſe regulariter habet, nec poteſt aſſignari cauſa

naturalis. Tertiò, ſi in aliquo determinato loco contingant vexato accidentia, & caſus frequentes: ſimile eſt ſigno ſuperiori. Quartò, Si non poteſt ſtare in aliqua domo, vel Ciuitate, vel cubiculo, niſi cum magna inquietudine, & tamen in illis prius ſine difficultate manebat. Quintò, si loca læta, et deliciarum illum non lætificant, et vbi alij gaudent, lætantur, rident ſonantes cantantes et ſaltantes.

Signa circa tempus, si pæius ſe habet tempore maiorum Feſtiuitatum, vti in Paſchate, in Quadragesima, in Vigilijs et pluries hoc ſit obſeruatum. Secundò, ſi malè ſe habet tempore orationis, & alijs Sacris: & deinde nihil eſt. Tertiò, ſi in aliquibus Lunæ punctis, regulariter vexatus varia et mira facit. Quartò, ſi in aliquo determinato tempore, puta, in

aliquo

aliquo die ſeptimana, & menſe, hora, malè ſe habet. Quintò, ſi quando pulſantur campanæ, vel aliquod ſignum ſpirituale malè afficitur. Sextò, ſi tempore confeſſionis & communionis, vel alterius operis ſpiritualis facit vexatus aliquàs incompoſitas actiones, eſt ſignum euidens.

Signa in exterioribus accidentibus. Primò, quando contingunt effectus improuiſi cum admiratione, & nulla cauſa apparet vti fractio vaſorum, rerum conſumptio, effuſio liquorum. Secundò, quando locus tremit, domus etc. ſine cauſa apparente. Tertiò, quando Diabolus apparet minans, iactans ſe nolle egredi. Quartò, cum aliqua; quæ erant ante occulos, diſparent, & ſubitò redeunt. Quintò, quando in itinere contingunt accidentia quædam, quorum cauſa aſſignari

non poteſt, vt Equi currus immobilitas, caſus etc. Nota, quædam iam ſupradict , quod non indicāt ſemper Dæmonem eſſe ingreſſum corpora de facto, ſed vel illum eſſe qui talia operatur, vel quia per illam actionem vult, habere ingreſſum. Poſitis ſignis, quibus cognoſcitur Energumenus a Dæmone vexatus, quæ non debet Exorciſta ignorare ante omnem actum erga vexatum, ordinandi remanent actus inueſtigationis, iuditij, et manifeſtationis quibus Exorciſta perficerè poteſt primũ ſuæ artis actum, ſilicet, cognitionis.

CAPVT QVARTVM.
De Inueſtigatione.

TRIPLICITER poteſt Exorciſta inueſtigare Energumeni vexationem, per ſe, per alios, & per vexatum. Per alios, ideſt per parentes, curā patientis habentes, interrogando quid accidat, & quid obſeruauerint, et quale ſit illorum iuditium circa patientis infirmitatem. Per ſe ipſum aſpiciendo vexatum, audiendo, obſeruando ſigna ſupra poſita. Per ipſum vexatum, interrogando de illius infirmitate, qualiter ſe habeat, et quale iuditium de ſe ipſo ferrat. Circa primum obſeruare debet Exorciſta, vt illi diligentiſſimè interrogentur ſuper origine, progreſſu, et

ſtatu Infirmi: poſtea examinentur ſuper ſigna ſupra posita an sint in eo: et tandem de voluntate, et desiderio vexati de ſua liberatione. Ordinetur prætereà illis vt in futurum magis obſeruent vexati actiones. Circa ſecundũ, habita qualicumq; notitia inueſtiget etiam Exorciſta per ſe ipſum alloquendo, intuendo, audiendo, et considerando diſpositionem patientis: interroget de infirmitate, et quid de illa ſentiat, et benè obſeruentur eius dicta. Loquatur etiam cum illo de alijs rebus, et iterum obſeruet motus, actus, vultum etc. pro prima vice nihil dicat ei de præſentia Diaboli, etiam si certò ſciat adeſſe, nisi vexatus ipſe de illa loqui voluerit, tamen tunc animetur ad liberationem. Circa tertium, si Exorciſta ex inueſtigatione per alios, et per ſe facta, nihil probabili-

bilitatis habet an sit Dęmon prę-ſens, non vltra procedatur, ne patiens ponatur in ſuſpicione rei, quæ non eſt. Si verò habetur aliquod signum probabile, ſępius obſeruentur omnia, et patiens diligenter de ſua infirmitate examinetur et accidentibus, donec rei habeatur notitia certa. Poſtea requiratur eius iuditium, quid nimirum ſentiat de ſua infirmitate, si reſpondet eſſe naturalem, vel Diabolicam, ſed non curat liberationem, non vltra procedatur; nam ſanandus fateri debet ſuam infirmitatem, et debet velle ſanitatem: Si autem vellet et non credat, diſponendus eſt ad credendum, per ſe, vel per alias Perſonas.

CAPVT QVINTVM.

De Iudicio ferendo ſuper inueſtigatis.

SI ex præmiſſis inueſtigationibus habetur ſignum euidens, ſine periculo poterit Exorciſta proferre iuditium de certa vexatione et ſic ad vlteriora procedere, Si autem ſigna ſint tàntum coniecturalia, vel ſunt leuia, tunc iuditium ferrendum eſt in partem negatiuam: Si grauia et plura, tunc iuditium ſuſpendatur, et vlterius obſeruetur Vexatus, ſi in eo appareant adhuc alia ſigna, donec appareat ſaltem vnum de ſignis euidentibus, vel ſi tot ſint illa coniecturalia, quod æquiua-

leant euidenti.

Notandum tamen, quod quã do obſeruatis omnibus, et non poteſt ferri iuditium de vexatione, ſi vexatus credat vel Parentes Diabolum adeſſe, nec iuditio Exorciſtæ ſe accomodent, poterit formare iuditium, ſub hac forma. In nomine Domini etc. Præcipio omnibus Spiritibus qui ſunt in corpore iſto, vt dent ſignum manifeſtum ſuæ præſentiæ: & tunc obſeruetur ſi eſt aliquod ſignum euidens, & tunc vltra procedatur, ſi non dimittatur Vexatus totaliter, nec ſit facilis Exorciſta in proferendo iuditio de præſentia Diaboli.

Nota ſecundò, quod ordo poſitus in inueſtigationibus, et iuditijs non eſt ſemper neceſſariò obſeruandus, ſed iuxta caſus exigentiam et diuerſitatem prudenter procedendo. Nota ter-

tiò, etſi interdū vexatio ſit notiſſima, nihilominus non erit malum obſeruare ſigna propoſita, & inueſtigare vti ſupra pro habenda maiori notitia Vexati & Vexationis.

CAPVT SEXTVM.

De manifeſtatione Vexationis.

OBſeruandum primò quod vexati ſunt in duplici differentia. Quidam putãt eſſe naturalem, & ſic non curant, vel cogitant de vexatione: alij tenent vexationem certam eſſe à Diabolo, vel ſaltem ſuſpicantur. Nota ergo, quod ſi ex iuditio dato, non eſt certa vexatio, patientibus primi generis nihil eſt dicẽdũ alijs verò dicẽdũ eſt, quod remoueant falſã imaginationem, & velint credere experto, & non ſibi aut Diabolo, qui ſub illo pretextu quęrit occaſionẽ ingrediẽdi: & ſic

di-

dicendũ Parentibus eſt, qui poterunt aliqua obſeruare. Si verò certa habetur vexatio, Exorciſta per ſe non manifeſtabit illam patientibus primi generis, ſed parentibus & familiaribus, qui patientem prudenter iudicant ad hoc credendum, & ſuadeant illi vt quærat remedium, magnificendo inprimis opera Exorciſtæ, ad hoc vt fidem concipiat ſuæ liberationis. Vexatis verò ſecundi generis poterit liberè totum manifeſtare, & obſeruare quid dicant, aut faciant, an approbant vel non, vel an quærant auxilium vel non. Imò Vexato petenti, Exorciſta ſubitò inditium de ſua vexatione non dicat, niſi facta diligenti Inueſtigatione vt ſupra, nec credat ſimpliciter eius dictis, aut Parentibus &c. Nam malitia hominis eò prouenit, vt multi ſe Dæmoniacos fingant,

ideò Exorciſta caute agat ne decipiatur.

CAPVT SEPTIMVM.

De Cathechiſmo.

HÆC eſt pars eſſentialis et ſubſtantialis, nimirum inſtructio, qua Energumenus doceri debet poſtquam cognita eſt eius vera vexatio antequam fiat exorzizatio, quę non erit aliàs fructuoſa; ideo maximè obſeruanda eſt, & nullatenus intermittenda. Taliter autem fieri poteſt. Poſito coram ſe Vexato, Exorciſta pręſentibus parentibus & amicis inſtrùat patientem in doctrina infra ponenda, & aduertat vt illam bene percipiat,

ideo

ideo ſæpius excitet illum ad attentionem, faciat illum interdum replicare quæ ſunt ei dicta, examinetur; ſæpe animetur ad ſpem: proponatur certa liberatio ſi partes ſuas ipſe præſtiterit. Dicatur ei, ne Dæmonis ſuggeſtioni credat, neue attendat ſi moleſtiam aliquam infert.

Ad nullum preceptum veniatur niſi completo Cathechiſmo, benè per Vexatum percepto & intellecto, quod eſt valde notandum.

Inſtructio autem in quatuor principaliter conſiſtit. Primò, in his quæ circa Deum credere ſine vlla hæſitatione debet. Secundò, in his quæ reſpiciunt Exorciſtam. Tertiò, in his quæ ſpectant ad ſeipſum. Quartò, in his quæ credere debet circa Dæmones.

Nota hic quod omnia quæ crede-

credere debet patiens in illis quatuor capitibus ſunt bene aduertenda, nam ſunt ſubſtantialia & ſpectant neceſſariò ad eius liberationem; propterea debet ſe exercere eliciendo ſæpius actus tales erga Deum, erga Exorciſtam, erga ſeipſum, & erga Dæmones vt infra. Circa modum inſtruendi Patientem in his, Exorciſta faciat quod iudicabit expediens & aptius pro Vexato.

CAPVT OCTAVVM.

Erga Deum.

PRIMO inſtruatur Energumenus in his quæ credere debet de Deo, ſpectantibus ad ſuam vexationem, vnde poſſit concipere maximam confidentiam, & ſpem firmam ſuæ liberationis, & quidem quod Deus non vult Diaboli vexationem. (*Vide Grana. vel memoriale par. 2. f. 79.*] Quæ propoſitio eſt vera, tamen non omnes intelligunt: Probatur verò ſequentibus rationibus: videlicet, quia Deus bonus eſt, & perfectus, & amat nos: vult autem

tem etiam nos perfectos eſſe, iuxta illud. Eſtote perfecti ſicuti & Pater veſter perfectus eſt: ſed habere Diabolum in ſe corporaliter et ſpiritualiter malum eſt, quia eſt eſſe cum Dei inimico, ergo Deus non vult. Secundò, Deus vult nos benè operari corporaliter, & ſpiritualiter, quia ſcriptũ eſt, reliquit Deus hominem in manu conſilij ſui, ſed qui habet Diabolum non liberè facit ſuas operationes, ergo etc. Tertiò, Deus non vult actus immodeſtiæ, inhoneſtatis, diffamationis, iræ et c. & ſimiles qui ſunt contra rectam rationem ſed per Vexatos tales fiunt ergo &c. Quartò, ſi dicatur quod etiam Iuſti fuerunt à Demone tentati, ex voluntate Dei, et ſic credi poſſe de iſto, reſpondetur quod hoc argumentum eſt Diaboli, vt faciat Energumenum dubitare, vel credere vt ſuam liberationem

non ſperet à Deo. Sancti ſi vexati ſunt à Dæmone, vexatio illa erat alterius ordinis ab iſta, illa erat ab extrinſeco cum libertate operationum ſine impedimento ſpiritualium, et cum Dæmonis confuſione: Hoc eſt totum oppoſitum, et ideo illa ſolis perfectis datur à Deo ad confundendum diabolum. Præterea omnis Chriſtianus et eius anima eſt templum Dei, vbi habitat Spiritus Sanctus, quis ergò credat, quod Deus velit illam per Dæmonem inhabitari? Ex quo probatur, quod Deus velit vt Diabolus expellatur ab obſeſſis; Item patet ex Chriſti exemplo, qui erat eijciens Dæmonia, Diſcipulis poteſtatem dedit ſuper Dæmonia; ipſe inſtituit ordinem Exorciſtæ; ergo quomodo fieri poteſt vt credamus Deum velle tales vexationes?

Imò cum videamus per obſeſſos multa mala fieri à Dæmone, vti diſcordia inter parentes, inter coniuges, inquietudo domeſtica, rumores in Eccleſia, & ipſi obſeſſi ad bona opera reddantur impotentes, certè Deus tot mala non vult, ergo non vult vexationem.

Hæ et aliæ rationes deſumptæ ex Theologia obſeſſo proponuntur, vt firmam ſpem ſuæ liberationis à Deo concipiat, & inde ſequatur expulſuſio Dæmonis et facilè.

Si dicas Diabolus non poteſt ſine Dei voluntate, neque in porcos ingredi, ergo cum talis Vexatur, dicendum eſt à Dei voluntate procedere. Reſpondeo quod hoc intelligitur permiſſiuè, ſicuti etiam alia mala Deus permittit, & peccata, bella, peſtes, &c. vt veniant in nos propter

noſtra, vel parentum peccata, & propter negligentiam, et infedelitatem Vexatorum.

At ſi dicas. non eſſe certum vnde proueniat hæc vexatio, et an Deus velit talem liberare. Reſpondeo, certitudo ex Sacra Scriptura habetur quod Deus nolit vexationes tales; item aliunde conſtat, quod ipſe poteſtatem dederit Exorciſtis. Vnde reſultat certitudo circa ſecundam partem quod Deus nimirum velit talem liberare; Nam ſicuti ordo Sacerdotalis infallibiliter operatur ſuum effectum in homine confitente peccata ſua per abſolutionem; modo ſit ex parte ſua bene diſpoſitus, ſic etiam hic ordo ex virtute Dei infallibiliter ſuum habebit effectum, cum ſit ordo à Chriſto inſtitutus, modo Vexatus habeat Rectam diſpoſitionem. Placere Deo quis dubitat, vt De-

mon,

mon ab homine ſua imagine, & filio expellatur? Tum quia vt plurimùm per maleſitium ingrediuntur, cuius Diaboli opera Chriſtus deſtruere intendit, accedente patientis diſpoſitione.

Fidei autem virtus eſt inuicibilis, omnia ſuperat, omnia credenti ſunt poſſibilia, ſicuti docet Chriſtus: ſi quis fide non hæſitauerit et monti dicat, tollere tolletur. In fide quæ opera non exercuit Chriſtus? quot cæcos illuminauit, paraliticos ſanauit, obſeſſos liberauit? Chriſtus ſolebat prius patiẽtes interogare de fide, & iuxta fidem illorum, contingebat illi. Patiens ergo habeat fidem ſine vlla hæſitatione firmam in Deo, nam dicitur *mat. 6.* non poterat ibi vllam virtutem operari, quia fides deficiebat Sancti per fidem vicerunt regna, extinxerunt ignem, obturauerunt ora leonum

vicerunt mundum &c. Hæc & ſimilia plura dicantur patienti, vt benè inſtruatur.

Item patiens, & Exorciſta adhibeant orationes priuatas, vti letanias Beatæ Virginis, omnium Sanctorum, pſalmos pœnitentiales, Roſarium vti in ieiunio enim & oratione eijcitur Dæmonium.

Non debet ergo Energumenus deſperare de ſua liberatione, mediantibus his medijs apud Deum, qui confugientes ad ſe nunquam deſerit, vt ſæpe promiſit diligentibus ſe, & pia petentibus, eius poteſtas ſupra omnes Diabolos eſt, vt ad ſolius nominis inuocationem contremiſcant, debilitentur, & aufugiant, ſicuti quotidiana docet experientia.

CAPVT

CAPVT NONVM.
Circa Exorciſtam.

QVINQVE actus habeat Energumenus circa Exorciſtam, ad hoc vt liberatio ſequatur. Credat, obediat, attendat, illi ſe conformet, & manifeſtet. Primò credat quod Exorciſta ſit Dei miniſter, & Dei virtute operetur, qui verò obedit Dei miniſtro, Deo obedit, & ſic Diabolus ad præceptum Exorciſtæ abire debet, qui eſt Dei miniſter, & inſtrumentum quo vtitur ad talem operationem concurrendo cum illo, tanquam cauſa principalis, ſicuti concurit cum illo in conſecratione hoſtiæ,

et Sacramentis, quando debitè adminiſtrat, omnia enim Sacramenta habẽt virtutẽ ex opere operato.

Dices Diabolus non ſemper, Exorciſtæ obedit. Reſpondeo id prouenire ex defectu Exorciſtæ, qui non eſt bene diſpoſitus; nam aliàs Diabolus ſemper obedire, tenetur et obediet præcipienti in nomine Dei, ſi ipſe Energumenus & Exorciſta credunut, nec vacillant in fide, vti eſt experientia probatum; etiam in alijs Sacramentis non ſemper ſequitur effectus, nõ ratione Sacramenti, ſed vel miniſtri vel ſuſcipientis.

Secundò debet obedire in quo multum conſiſtit, nimirum vt promptè tam in interioribus, quã exterioribus actibus obediat veluti Dei miniſtro ei proinde reuerentiam exhibeat, neq; velit mente diſcutere an benè vel malè Exorciſta præcipiat, & moneat.

Tertiò

Tertiò Attendere debet diligenter ad dicta, et facta, ac præcepta Exorciſtæ, nec vllo modo ab eis diuertere Nam Diabolus non dormit, multa ſuggerit vt diuertat mentem, & obedientiam tollat erga Exorciſttam.

Quartò conformare debet ſe Exorciſtæ in omnibus, ut ſic ſimul vniti contra Diabolum pugent, volendo id quod vult Exorciſta, ergo cū Miniſter præcipit Diabolo, et ipſe animo idem faciat, et habeat animum intentum vt id fiat, quod præcipitur ſic tēpore Exorciſmi nunquā repugnet miniſtro, nec perturbetur quamuis Diabolus intus conetur aliud perſuadere ſemper, vt verbo dicam, totam ſuam intentionem dirigat in miniſtrum Chriſti.

Quintò debet manifeſtare Exorciſtæ omnes Diabolicas tentationes, & ſuggeſtiones quas ſento

non ſolùm inpellentes ad pecca-tum, ſed etiam ſuggeſtiones diſtra-hentes quas immittit vt diſtra-hat, perturbet, & tædio afficiat.

Exorciſttæ autem partes ſunt, patientem ſæpius excitare, vt, mentem recoligat det remedia ten-tationum, quietet patientem, animet; præterea ſemper graui-ter ſegerat, & taliter, vt energu-menus malā fidem non concipiat contra ipſum: in hoc enim nego-tio, plurimum valet, bonum nomen.

CAPVT DECIMVM.

Erga Vexatum

ENERGVMENVS erga ſe ipſum ſeptem debet habere & ea firmiter credere. Primò debet de ſua infirmitate, de ortu, progreſſu, & fine, tenere quod exorciſta tenet, ſi verè apparet maleficium, & ſic iudicet infirmitatem eſſe à Dæmone et non naturalem.

Secundò, credere ſaltem probabiliter quod illa acciderit ſibi propter eius peccata: ideo confiteatur omnia peccata cum dolore & perfectè doleat ex toto corde: recipiat deuotè Euchareſtiam; ſi

verò Diabolus ſuggerat eſſe peccatum occultum, non credat ei, nam vult decipere.

Tertio, ſi ſuſpicie tur de perſona, quæ fecit maleficium vel etiã ſciat illam, tamen aduertat ne formet aliquod iuditium, quia tale iuditium multum obeſt curationi. Imò nihil curet vnde illa vexatio proueniat, cum authoritas Eccleſiæ poſſit mederi quæ eſt ſuper Diabolos, et totum Infernum.

Quartò debet Energumenus diligenter inſtrui vt inferius quod Diabolus ſit ingreſſus præcedente Diaboli ſuggeſtione, et patientis conſenſu; alias non poteſt ingredi quæ ſuggeſtiones cum ſint ſubtiliſſimæ vix aduertuntur, et ſic etiã expreſſus.

Quintò, debet credere quod eadem ratio ſit expellendi vnum Diabolum ſeu plures, ſiue malefi-

cium ſit intrinſecum ſeu extrinſecū noua vexatio ſeu antiqua &c. et ſi alias expertum ſit cuntrarium hoc prouenit a Diabolo, qui illas difficultates introducit, vt curatio difficilior reddatur.

Sextò, Debet Energumenus ſuas paſſiones frenare, animum componere, Deo ſe remittere, in eo nulla ſit ira, odium, vindiсta, concupiſcentia, &c. non ſit mælancholicus, ſed lætus, Deniq; totum ſe committat Diuinæ voluntati, quā non poteſt ei eſſe niſi bona et vtilis, cum Deus ſummè bonus, bonitatem ſuam communicare velit Debet etiam credere quod habens fidem veram in Deum, nec conſentit Diaboli ſuggeſtioni, poteſt ex ſe, ſine Exorciſta omnes Diaboli tentationes, & Vexationes expellere, vti patet experientia.

CAPVT VNDECIMVM.

Erga Demones.

POTESTAS Diaboli abſq; dubio magna eſt naturalis, vt multa mirabilia præſtare poſſit, tota verò ſub Dei poteſtate eſt à quo ligatur, moderatur, prout inennarabili ſuæ ſapientiæ placet; interdum vtitur Diabolo veluti inſtrumento ad tentandùm vt fecit cum Iob, & alias, item ad puniendum, in animam ius ipſe nullum à Deo habet.

Per maleſitia ſeu per inſtrumenta & ſigna, per quæ magi nocent hominibus non conferunt Diabolo maiorem virrtutem aut potentiam ſed ſunt pacta & ſigna

non quod Diabolus ſine illis nocere non poſſit, ſed vtitur maleſitis ad maiora perpetranda peccata & mala in creaturis

Maleſitia autem alia ſunt extrinſeca quæ extracorpus collocantur, & quæ ſolent conburi: alia intriſeca, quæ comeduntur, vel aliter internè ſentiuntur. maleſitia extrinſeca non poſunt nocere niſi quatenus ſignū a Demone ꝑ quē & a quo prouenit imediatè vexatio, vt pacta Magorum ſeruet quia nullum agens agit niſi ſituni-tum paſſo : intriſeca, nocere poſſunt, non omnia, ſed quatenus habent coniuncta nociua naturalia, ut venena ſpina acus claui herbæ &c quæ ſi nocent, virtute naturæ faciun , ea verò nullum habent adiunctum nociuum naturale non poſſunt ex ſe nocere ſed Dæmon tantùm nocet, qui maleſitio præſidet. &c. ſic

Vexatio vt plurimum non prouenit in maleficiatis a malefitio, niſi quatenus eſt ſignum à Dæmone, vnde expulſis Dæmonibus, maleficium ceſſat, nec verum eſt maleficiū non ceſſare, niſi tollantur prius ſigna maleficij, Vanitas hæc eſt qua ſinplices credunt, ac Dæmones docent, vt inpediant liberationem melius eſt illa non curare, prout Sancti fecerunt, quam labor, & opera omnis verſaliatur, circa illud, vt Patientè infirmitate fidei inſtruerent. Ratio accedit firmiſſima; nam ſi hoc eſſet veram, vana eſſet Eccleſia poteſtas, & Dei potentia, ſi quis per Exorciſtam ſanari nam poſſet, niſi ſublatis ſignis; ligari et nō taliter videretur à Demone, quod impium eſt dicere atq; hæreticū, & quis illa ſigna poſuit niſi Demon, ergo mendacium eſt, quod ille per ſigna ſit ligatus à Mago, & quod ſanitas

nõn potuerit haberi niſi ſublatis ſignis: nulla enim potentia humana poteſt Dæmones ſubijcere. Clamant quidem interdũ illi quod nõ poſſint exire ex corpore, ut maleficiũ, tollere eo quod ſint ligati à Magis; ſed hoc faciunt, vt hominũ fidem erga Deũ tollant, vel minuant, homines à Deo reuocent, & ad ſagas Per remedia confugiant, & ſic in maiori veneratione ab illis habeantur.

Eſt etiam valde abſeruandum, quod ſæpe per ſigna naturaliter nociua, ita compitur, deſtruitur corpus vel pars corporis, vt per Exorciſtam ſanari non poſſit; fruſtra enim laborat, vbi malum, & factum naturale; & amplius non dependens à maleficio, niſi à principio, quando à Dæmone fuit ſuppoſitum Ideò ſæpius conqueruntur Exorciſtæ, quod nihil ſuis ex orciſmis preſtare poſſint,

quod

quod ab initio tempeſtiuè non fuerunt vocati, anteqam corpus vel menbrum ſederetur, & malum eſſet naturale.

CAPVT DVODECIMVM.

De Modo quem Dæmon Seruat in Vexando.

QVATVOR modis Diabolus ingreditur corpora humana. Primò, ex ſpeciali Dei permiſſione. Secundò ob timorem, Tertio ob maleſitiam; Quartò, ob propriam imaginationem, alij verò modi ad iſtos reducuntur & inueniuntur.

Primò ex ſpeciali Dei permiſſione præter conſuetum fit, & rarò id Deus facit ad probationem & meritum, vt legimus de Sancta Catharina Senenſi: aliquando ad emenda-

amendationem delictorum, vt habemus in Iob; aliquando ad oſtenſionem Diuinæ Iuſtitiæ ſicuti quibuſdam Tirannis accidiſſe legimus.

Secundò, ex timore, vt cum homo eſt in aliquo periculo, vel loco obſcuro: aut minæ graues intentantur, quod fit hoc modo. Cum creatura eſt in tali neceſſitate Dæmon ſuggerit, quod ibi ſint Dæmones, vmbræ, ſpiritus, mortuorum animæ, vel ſerpentes, & propter quam ſuggeſtionem fides debilitatur, & animus; & tunc Dæmon facit apparere creaturæ quod aliquod mali ingreditur ipſius corpus, & facit vt conſentiat, ſeu ita factum eſſe ſibi perſuadeat, & tunc ſtatim Dæmon ingreditur alias non poteſt.

Pro quo nota, quod ſi creatura in tali periculo vel timore Deum inuocet, vel Sanctos, aut ſignet ſe

ſigno

ſigno Crucis, nullum eſt periculum ingreſſus, quia per tales actus reſtituitur fides, & ſuggeſtioni reſiſtitur: ſi vero hęc non fiant, creatura à timore abſorpta, videtur dare conſenſum interpretatiuum qui ingreſſu ſufficit.

Nota etiam quod non in omni tempore ſpiritus ingreditur ſed in illo tantum, in quo Perſona timet Diaboli ingreſſum, & ſibi videtur quod aliquid ingrediatur pro quo ingreſſu ipſe alteretur, quamuis tunc non diſcernat quid ſit ingreſſum; ad complementum cuius, rei Diabolus poſtea ſuggerit ſe eſſe ingreſſum. Sed neq; in tanto timore ſemper habetur ingreſſus ſpirituum, nam ſæpè impeditur à Sacris Reliquijs, & quas creatura ad collum habet, Item illi qui ſunt animoſi, non ſubijciuntur huiuſmodi vexationibus.

Tertiò per maleſitia, ſeu per

magos,

magos, qui facta aliqua factura contra determinatam perſonam, ipſa a Dæmone poſſidetur, ſed hoc intellectu difficile eſt, cum ſupra dictum ſit per maleſitia nullam vim Dæmonem acquirere, vt poſſit quæ Prius non potuit; & cum præterea Dæmon ingredi nequeat ſine præuio conſenſu.

Sciendum eſt ergo quod ſine vlla præcedent notitia maleficiorum, Perſonæ ex malefitijs factis non poſſunt a Dæmone moleſtari, quia ſemper requiritur conſenſus aliquis ex notitia, vt dictum eſt, & infra probabitur. Secundò, ſciendum eſt quòd malencholia multum contribuit diſpoſitioni requiſitæ ad conſumationem malefitiorum, ſaltem remotè, & ideo vt plurimum tales inficiuntur, hilares rariſſime, ſic magis timidi quàm aduaces.

Modus autem quo per maleſi-
tia, Dæmon ingreditur eſt talis.
Antequam fiat maleſitium, Dia-
bolus ſuggerit maleficiando, quod
poſſibile eſt, & periculum quod ſi
fiat aliquod maleſitium, cum mali-
gnitas, peruerſitas,inuidia, odium
vbiq; apud homines regnet. Præ-
terea Diabolus aduertit, ſi habet
aliquam infirmitatẽ vel dolorem,
vel contradictionẽ; item ſi aliqua
verba de iſtis audiuit, donec indu-
cat creaturam ad credendum quò
ſit maleſitiata ſi credit inilio Puncto
Diabolus ingreditur Si non credit
nihil Diabolus tamen non ceſſat
iterum ſuggerere, dicendo vide
certè; hic dolor aliunde prouenire
non poteſt & hoc facit, donec in-
ducat ad credendum. Ideo bonum
eſt remouere ſimiles ſuggeſtiones,
& nullo modo timere nec Diabo-
lum,neque maleſitia& ſi interdum
quis hilaris maleſitiatur, & qui
ſemper reſiſtit, aut non timet, hoc

prouenit, quia Diabolus facit multas incurſiones, & quamuis repulſam patiatur, non ceſſat, vt obediat Mago nouas ſuggeſtiones formare, donec in iſtis conſequatur ſuum effectum, cito vel tardè, prout diſpoſitionem inuenerit

Tertiò interdum etiam Diabolus facit, vt aliqui credant, ſe eſſe maleficiatos, vt fiant iuditia temeraria, diffamationes Perſonarum inimititiæ, odia, & ad magos fiat recurſus pro diſſolutione, & vt quęrantur ſigna malefitij.

Quartus modus ingrediendi eſt per imaginationem: cum enim quis imaginetur ſe à Demone obſeſſum; præbet conſenſum Demoni vt ingrediatur credit enim Demonem poſſe, & eſſe. Non tamẽ, ſemper per talem imaginationem ingreditur, vel quia impeditur à Deo, vel ratione rerum ſacrarum.

Duobus

Duobus autem modis per imaginationem ingreditur, primò quando creatura experitur in ſe aliquos effectus ſimiles Diabolicæ vexationi, vt contingit mulieribus patientibus infirmitatem matricis; nam humores illi cum ſint venenoſi aſcendendo ad cerebrum peruertunt fantaſiam, & clamant, ac ſi eſſent à Dæmone obſeſſi, vel maleſitiati, quia ſentiunt etiam dolores vehementiſſimos in corpore; & illi peſſimi humores diſcurrunt per corpus. Ideo in mulieribus cautè eſt agendum in formando iuditio; & tales infirmitates per Medicos cognoſcuntur, ideo illorum opera in ſimilibus inquirenda. Secundò, ſicuti Diabolus vexatis ſuggerit, vt decipiat, quod verè non ſunt obſeſſi, vel maleſitiati, vt ſic latrat, è contra non maleficiatos ſenper tentat, vt ingredi poſſit, maximè hoc facit cum

malen-

malencholicis, & habentibus, cerebrum debile, qui de facile decipiuntur. Cum igitur imaginatio talis perſeverat, ſicuti in naturalibus facit caſum ita in his præbet Diabolo ſufficientem diſpoſitionem.

CAPVT TERTIO DECIMVM

DE VEXATIONE PER INHABITANTEM DÆMONEM.

DÆMON inhabitat corpora humana, primò, per modum habitus, ſecundò, per accidens, tertiò per modum diſpoſitionis. Per modum habitus, quando patiens aſuetus ad credendum diabolicis ſuggeſtionibus, ſtatim quod ſibi ſuggeritur, ad pulſum Diaboli operatur. Ergo ſi Diabolus ex multo tenpore habitat, & patiens ſæpius ſecundum

ſuggeſtionem operatur Dæmonis talis habitatio erit per habitum.

Secundò ſciendo quod ſicut ſupradictum eſt Diabolus non facit operationem niſi præceſſerit ſuggeſtio, & conſenſus; Fundamentũ ergo diabolicæ vexationis, vel inhabitationis per habitum eſt, cum patiens taliter eſt aſuetus ad credendum Demoni, quod cuilibet eius ſuggeſtioni credat, & poſt cõſenſum operatur quod ipſi fuit propoſitum in ſuggeſtione. Hic modus cognoſcitur, quando ex múlto tempóre vexatus eſt ipſe homo, & quando difficulter à tali operatioae abſtinet, & quándo ipſe quaſi non aduertendo tales actus facit

Remedium eſt propium deſtruere illam inclinationem ſeu hábitum, & aſueſcere ad non credendum vel conſentiendum vim facere contra Dæmonem,

&

& ſeipſum ad talia non operandum, imò facere oppoſitum, & remedia adhibere, quæ infra.

Secundus modus inhabitandi per accidens, ſeu diſpoſitionem, vel per modum tranſeuntis, eſt quando Diabolus habitat ex vnica cauſa, & breui, vel leui tempore, vel in vna re, & dolor non eſt permanens. Cognoſcitur hęc vexatio in vna, vel paucis rebus, ſequitur Diaboli ſuggeſtionem, & in vnius generis effectu conſiſtit vexatio. Cognoſcitur etiam quando vexatio de facili interpolatur, quando ſecum loquendo applicatur rebus quæ dicuntur, & nihil ſentit. quando à Dæmone non abſorbetur, & habet libertatem naturalium operationum. Loquimur hic de obſeruationibus notis, & certis. Remedium eſt facile, poteſt enim liberari per ſinplex præceptum Exorciſtæ,

Imò ſi Vexatus perſeuerauerit in reſiſtendo, poterit ipſe eijcere non quidem authoritatiuè, ſed tanquã remouens diſpoſitionem per quam à Dæmone vexatur.

Nota primò, quod indi ſpoſitio ſeu infirmitas naturalis in corpore vexato eſt duplicis generis? quedam naturalis effectiuè & ſubiectiuè, vt febris &c. quedam naturalis ſubiectiuè, ſed cauſa eſt Diabolica, quam Diabolus introducit. Vnde poteſt ſtare infirmitas naturalis cum vexatione diabolica, & tunc dicitur Dæmonem inhabitare per indiſpoſitionem. Cognoſcitur huius generis habitatio multis modis. Primò ſi eadem infirmitas ſubitò augetur, & ſubitò remittit; augmentum enim eſt à Diabolo. Secundò, ſi adhibitis remedijs pars vna tollitur, altera non tollitur. Tertiò, quando adhibito præcepto Exorciſtæ,

pars vna recedit, altera non. Quartò, pars quæ torquet non aduertente Vexato vel ſuggeſtioni aſſentiendo, eſt naturalis. Curari verò hæc vexatio debet acceptis regulis Cathechiſmi, per quas Exorciſta cognoſcere debet quod eſt naturale, & quod eſt diabolicum quod clarè ex preceptis habetur. Poſtea Medico naturales infirmitates oſtendere, qui iuxta ſuas regulas curat.

CAPVT QVARTVM DECIMVM.

DE VEXATIONE Dæmonis in Exitu.

IN EXITV Dæmon Propter odium in hominem, vellet inferre ei omnia mala ſi poſſet, ideò ſi patiens, & Exorciſta erunt bene diſpoſiti exibit ſine vlla læſione. Iuxta antiquas regulas exit cum magno eiulatu, cum mugitu, cum doloribus acerbiſſimis, dilacerando, membra,

bra,

bra, incompoſitè ſaltando, latiſſimè os aperiendo, oculos veluti extra caput inpellendo, ſed per has regulas exire debent ſine vlla vexatione, ſi omnia fiant iuxta regulas. Omnia maleſitia diſſoluentur ſine vlla læſione, imò cum modeſtia, & patientis quiete. Præcepta quippè huius artis reducunt Dæmonem ad talem obedientiam, vt omnibus præceptis indiferenter obediat, & ſic ſi præcipiatur vt exeat ſine læſione, cur non obediet? & ſi contrarium apparet, prouenit vel ex defectu Exorciſtæ, vel patientis qui regulas perfectè non ſeruant. Quando Chriſtus Dominus Dæmones expellebat, hoc permittebat vt vociferarent, ad oſtendendam Dæmonis crudelitatem, & ideò non ſolebat præcipere ſemper, vt ſine læſione, & rumore exiret.

CAPVT QVINTVM DECIMVM.

DE VEXATIONE Ipſa Actuali.

ACTVRI de actuali vexatione, oportet reuoluere, quod nulla vexatio eſt in corpore Energumeni, vt dictum eſt. Sine præcedenti deceptione eiusdem, ideo ad inueniendum modum vexationis, oportet inuenire modum diabolicæ deceptionis, qui fit vel illuſiuè vel apparenter,

renter, vel Proteſtatiuè, vel irrationabiliter.

Primus modus quem tenet Dæmon in vexando illuſiuæ quia tantum per illuſionem fit, quod taliter contingit. Suggerit ille patienti quod habet talem, vel talem dolorem; quod hoc vel illud non poteſt quod ſic vel aliter eueniet, quæ veræ res non ſunt, ſed illuſiones ad modum ſomniorum, vel delirantium, quibus aliquid videtur eſſe, & non èſt; mens illorum ac fantaſia ſic rapitur per talem illuſionem, quod ex his multi ſequntur effectus; huius generis ſunt, cum patiens dicit ſe eſſe in inferno. videre mirabilia; ſicuti Magi & ſagæ qui decipiuntur putantes duci ad choreas, & comedere lautas menſâs. Remedium eſt diſuadere ab eo quod credunt, & illuſionem tollere

 prout

prout ſupradictum eſt.

Secundus modus per deceptionem apparentiæ, qui regulariter contingit in maleficiatis, & dicitur apparentiæ, quia adeſt aliqua cauſa apparens; fit autem hoc modo deceptio. Comedit aliquid quod nocere poteſt; adeſt aeris intemperies; ſumitur medicina aliqua, vel in potu, vel in cibo; fecit aliquam deordinationem, iudicat poſtea patiens predicta nocuiſſe, vel poſſe nocere, & ſtatim ſequitur nocumentum ex Diabolo ſimile cauſæ illi naturali, & tantùm durat hæc vexatio, quouſq; aliquis illum effectum alteri tribuat, quàm Diabolo. Hic modus eſt valde frequens, nam Diabolus obſeruat omnia contingentia in patiente, vt illis diabolicum effectum tribuat.

Remedium eſt oſtendere patienti effectum illum à Dæmone procedere, & non à cauſa naturali

Tertius modus poteſtatiuus quia patienti per Dæmonem ſuggeritur poteſtas diabolica. & hæc vexatio contingit quando eſt manifeſta, & nota poſſeſſio. Fit autem tali modo. Dæmon ſuggerit patienti quod illum vult torquere ſic, vel ſic: quod ei vult inpedire confeſſionem,&c. non permittere illa nocte dormire, &c. ſi his ſuggeſtionibus credit, habebit effectum; quia Diabolus per credulitatem, timorem, & aſſenſum patientis acquirit poteſtatem in eum. Remedium eſt, vt non credat poteſtacem diabolicam; quia Diabolus nihil poteſt, ſi ipſum non timemus

Quartus modus ſimplex vel irrationalis quia nulla exiſtente cauſa euenit effectus diabolicus per ſimplicem deceptionem, & taliter fit. Sentit patiens in mente tales cogitationes forſan reuertur

 malum

malūm; non potero comedĕre. ecce dolor in ſtomacho: veniet hoc vel illud &c. quas cogitatiōnes patiens credit ſuas ex rationali cauſa, & tamen ſunt Diaboli deceptiones, quibus ſi aſſentiatur, realis ſequitur effectus. Remedium eſt tollere talles: maginationes, & ad alia diuertere,

Nota quod primus modus eſt imaginarius in cauſa, & in effectu, & non eſt reuera vexatio; ſed illuſio. Alij tres modi continet veram vexationem, quamuis cauſæ ſint differentes, effectus tamen ſunt eiuſdem rationis; quōrum generalia infra habentur

Nota ſecundò, quod diuturnitas vexationis, ſeu in capite, ſeu in ſtomacho ſit dolor, oritur ex ijſdem principijs, ſcilicet ſuggeſtione, deceptione, & aſſenſu. Nam Diabolus prius proponit malum patienti, & ipſe timet & credit

credit, & ſic durat vexatio. Non debet patiens tunc cogitare neq; loqui de ſuo malo niſi cum Exorciſta; non timeat malum futurum, non maleficos, non Diaboli poteſtatem, non renouationem maleficiorum, nec aliud quodcunq; nam vt ſæpius dictum eſt, totum fundamentum illuſionis, & vexationis, eſt illuſiio, deceptio, aſſenſus, & ſi hæc vincatur, tollitur omnis vexatio.

Hoc artificioſe obſeruabitur, quando Exorciſta patientem diuertet ad alia cogitando, videbit manifeſtè, quod vexationes proueniat à ſuggeſtionibus; nam pro eo tempore quo diuertit aliò cogitationes, vexatio ceſſat vel minuitur, propterea Exorciſta ſæpius patientem interoget, quid cogitet &c. & ſibi aſtutias Diaboli faciat ſignificare.

CAPVT SEXTVM DECIMVM.

De Modo Reſiſtendi DIABOLO.

TERTIVM hoc eſt huius artis punctum principale. Diabolo reſiſtere ne noceat, ideò patiens in ſequentibus ſe exerceat.

Primò, conſcientiam à peccatis, & ab eis cauere; ſæpius confiteri, & comunicare, nam ſic tolli-

tollitur peccatum malorum omnium cauſa, & per Sacramenta datur robur animæ adreſiſtendum, mens illuminatur, creatura ad Deum ſubleuatur, & ſic Diaboli poteſtas conteritur.

Secundò, debet ſe exercere in actibus fidei non ſolùm Theologicæ, ſed illius etiam quæ dicitur coufidentia, quod Deus non vult ipſius vexationem, ſi patiens velit reſiſtere: quod Diabolus nihil contra eum poteſt, niſi conſenſum dederit, ideò reuocet conſenſus datos, & proponat non amplius ei conſentire, & ſic quod infallibiliter liberabitur, credat, ſi ea faciet, quæ Exorciſta præcipiet.

Tertiò debet atteudere ad Diaboli ſuggeſtiones, vt illas cognoſcat, & vincat, in ſpecie, cum ille ſuggerit non obediam non exibo non ceſſabo à vexatio-

ne quod pejus faciet &c. omnes omninò contemnat, & cum veniunt, ſtatim mentem ad alia diuertat nihil curans Diaboli nugas repetat actus fidei & obedientiæ, Deo ſolùm confidens.

Quartò, conſideret quod Diabolus eſt viliſſimæ poteſtatis, canis ligatus, ita vt non poſſit nocere niſi volenti,& timenti. Si ſuggerit quod poteſt, & poterit, derideas illum &c. ſi ſuggerit ea quæ alias fecit, non curet, & dicat, quod tunc non ſciebat modum perfectum ei reſiſtendi ſicut nunc. Corde igitur contra ipſum roboretur, & ſæpè rememoretur, quod Diabolus factus ſit formica ei qui illum ſpernit. Si verba eius attendantur, magnus eſt, & omnia poteſt, ſed miſer iacet ſub Dei poteſtate imbellis ligatus, latrare poteſt, minari, ſed mordere non poteſt, niſi volentem. Ergo non

timeas illum vllo modo, ſæpe cum Sancto Antonio illum contemnas vilipandas, & irrideas

Quintò ad Exorciſtam attendat & eius verba, nam Dæmon multum laborat vt diſtrahat. Dicat Exorciſtæ quæ in animo ſentit, deridendo Dæmonem, cuius ſuggeſtiones credat firmiter eſſe falſitatem, fraudem, & dolum

Sextò, ſæpè elijciat actus fidei, ſpei & amoris erga Deum, illum imploret deuotè vt opem ferrat, vt lumen ingerat & robur Si ſentit Energumenus aliquam vexationem preſente Exorciſta, ipſum roget, vt vellit ei imperare ſilentium, & quietem, aut ipſemet præcipiat vt ceſſat, ſine mentis vacillatione, nam ſine dubió ceſſabit, vt patet ex dictis, cúm illo enim agere oportet cum certa fiducia, ſine timore, ſed reſolutè, & tunc certò obedit.

Septimò, Debet certò proindè & confidenter ſtiam ſperare ſalutem, quia cum Exorciſta concurrit Deus. Precepta illius ſunt Dei præcepta, quibus Diabolus reſiſtere non Poteſt.

Octauò, non habeat mentem applicatam, vt cogitet de malo quod habet, vel habuit, ſed omninò ad alia diuertat: fugiat ergo otium, ſolitudinem, ambulet loquatur, operetur, legat,&c. nec credat Diabolo ſi ſuggerit, quod non poteſt facere, nam facere poteſt, ſi vult, & Diabolus vellet illum decipere.

Nonò, ſi dicitur ab Exorciſta malum eſſe à Dæmone, non credat eſſe naturele, imò fateatur, & ore proferat hoc malum eſt à Diabolo. Interim vti ſupra diximus, fugiat triſtitiam, malencholiam, ſit hilaris, ſonet cantet, loquatur iucunda,

cogitet

cogitet ſe pugnaturum, ſed cum certa victoria. Inuocet etiam Beatiſſimam Virginem Mariam, Sanctos Patronos, Angelos vt adſint ad conterendum hoſtem.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

Dè Exorciſmo

EXORCISMVS idem eſt ac coniuràtio quæ conprendit orationem, benedictionem, manuum impoſitionem, rerum ſacrarum tactum, coniurationes.

Oratio eſt maximè in hoc negotio neceſſaria, vt dicitur in Euangelio. Quid enim poteſt humana imbellicitas ſine Dei ope? Per orationem orans ad Deum ſe conuertit & ſubleuatur, roboratur effectus

illu-

illuminatur intellectus, diuinum auxilium imploratur. Semper eſt orandum, dicit Apoſtolus, ſed præcipuè in neceſſitatibus, & in principio cuiuſlibet operis, in caſu noſtro eſt neceſſaria in Exorciſta, & in patiente, imo, & in adſtantibus; impoſſibile eſt enim multorum preces non exaudire dicit Sanctus Gregorius. Poteſt autem eſſe vocalis, & mentalis, vocalis verſari poteſt circa litanias Beatiſſimæ Virginis, & Sanctorũ, pſalmos, offitium Beatiſſimæ Virginis Mariæ. Mentalis circa vitam, Paſſionem, & Mortem Chriſti, ſi patiens fuerit doctus. Sit autem oratio deuota, attenta & breuis.

Benedictio Energumeni conſiſtit in benedictione vini panis, aquæ, olei, thuris, florum, medicamentorum, herbarum, veſtium &c. vt eſt in libro, qui dicitur

flagel

(*flagellum Demonum*) in Rituali, & alijs libris Sacerdotalibus multum enimvalent, quia per Sacerdotalem benedictionem virtutem ſpiritualem recipiunt contra Demones, ſi fides adhibeatur, & aliquæ cautellæ ſequentes.

Primò quia non ex opere operato, ſed operantis operantur, habeat Energumenus ad benedictionem fidem; ideò Exorciſta debet ei explicare virtutem talis benedictionis, quid ſit benedicere, & dare exempla, imò probare vſum illius etiam in teſtamento veteri.

Secundò, Diabolus tentare ſolet, quod nihil tales benedictiones operentur, has cogitationes Energumenus pellat, res benedictas recipiat cum fide, cum deuotione, & communiter ieiunus & poſt aliquam orationem illæ benedictiones ſæpius repetantur,

donec habeatur effectus; & quia fides eſt fundamentum, ſemper renouet, & habet tales actus fidei

Tertiò, Dæmon multum torquetur per tales res benedictas vnitas cum fide, vnde per actus re petitos, perſeuerante fide, non ſolùm ceſſabit vexatio, ſed Dæmon etiam expelletur totaliter etiam ſine Exorciſta.

Quartò ſciat Energumenus tamen res benedictas non eſſe abſolutè neceſſarias pro Sanitate obtinenda. Proinde omnes alios cibos etiam non benedictos ſine timore ſumat modò habeat bonam intentionem, nam omnia ſunt à Deo benedicta, & ſi habet fidē etiam in illis Demon nihil mali poteſt immiſcere.

Manum impoſitio ſuper Energumenum neceſſaria eſt, tum addenotandam ahtoritatem, quā habet Exorciſta ſuper tales vexa-

vexationes & ſuper Demonia, tum ad ſeruandum Dei documentum, qui dixit ſuper ægros manus imponet &c. Locus eſt caput, non alia membra. Quod ſi dolor eſt in alia parte, non refert, non manu, ſed præceptis auferetur. In ſufflatione oris non tangantur partes corporis patientis, capillos non trahat, non colaphizet, nec alia tormenta inferrat Exorciſta; eſt enim falſum quod per ea Dæmon irritetur

Suffimigationes non acceptantur, niſi vexatus ad illas habeat inclinationem, & fidem aut expelleretur Dæmon ex aliqua domo.

De Reliquijs Sacris idem dicitur, & de Sanctiſſimo Sacramento Euchariſtiæ, aliàs multa mala, ſcandala &c. per Diabolum oriri poſſunt.

CAPVT DECIMVM. OCTAVVM.

De vſu rerum Sacrarum.

RES Sacræ quamuis ſimpliciter non ſint neceſſariæ, cum ſola fides ſufficiat, tamen ijs vtimur ad elijciendos plures actus fiidei, quibus Dæmon conprimitur, & ad recipiendos fructus orationis, qui in benedictionibus orando poſiti ſunt. Præterea Reliquias Sanctorum Dæmon timet, à quibus in mundo fuit

victus

victus. Breuia etiam ſunt optima ad collum appenſa, in quo ſint poſita Crux, Reliquiæ, cera Benedicta, &c. nam portare ingentem ſarcina, vt multi faciunt, ſuperfluum eſt; fides ſuplet omnia, nam hæc eſt vnicum, verum, & ſolum fundamentum cum ea, etiam minima valent, & ſine qua nihil præſtant

Nota Reliquiæ, & res Sacræ non dantur patienti in cibo, vel in potu, niſi ipſe ita petat; propterea diſponatur ad ea recipienda ſine contraditione, ſed cum magna fiducia ſuæ liberationis.

CAPVT

CAPVT DECIMVM NONVM.

De Coniuratione.

PROPRIE coniuratio ſumpta, eſt alligatio, qua Dei virtute creatura ad obediendum adſtringitur. Vel coniuratio eſt adiuratio, & præceptum conſtrictiuum, quo creatura rationalis efficaciter adſtringitur Dei virtute ad obediendum. Coniuratio ergò quæ fit ad creaturas inſenſatas, & beſtias non eſt propia coniurario, niſi

quatenus dirigitur ad rationabilē creaturam, quæ ſola capax eſt coniurationis propriè loquendo. Sic quando dico, adiuro te creatura aquæ &c. ſenſus eſt, coniuro vos Demones vt ab hac aqua &c. recedatis. Sic coniurationes quæ fiunt ad Deum, non ſunt propriè coniurationes, ſed prius obſecrationes, quibus orantes efficaciter petunt a Deo exaudiri; non enim Deus alligari poteſt. Dicitur in difinitione efficaciter ſuppoſita in patiente vera diſpoſitione, nam ea ſuppoſita, Demones non poſſunt non obedire, ligati Dei virtute, quæ eſt ſuper omnia.

Coniuratio fieri poteſt legendo, vel oretenus, in lingua vulgari, vel latina, dummodo à patiente intelligatur, quod eſt neceſſarium.

Præcepta autem ſunt diuerſi

generis quæ, fieri debent. Primi generis ſunt expulſiua, ordinata ad expulſionem ſpirituum; alia ordinantur ad tollendam vexationem in patiente, & dicuntur lenitiua; alia ordinantur ad oſtendendam obedientiam in ſpiritibus, & ad elijciendam fidem in vexatis, & dicuntur inſtructiua; alia cuiuſcunq; ſint generis, in hac arte ſunt inutilia. V. G. præcipere. Dæmoni quomodo debeat exire, vel aliquid aliud, quod non eſt ad rem.

Præcepta expulſiua nunquam debent fieri, niſi patiens ſit in omnibus inſtructiſſimus, & paratiſſimus, ac diſpoſitus pro liberatione iuxta Cathechiſmum. Si enim hæſitaret præcipue in fide, omnia nihil valent.

Præcepta lenitiua fiunt quando vexatus actualiter vexatur, ad tollendas vexationes, & hæc

ſemper fieri debent, quia non debet. Dæmon permitti nocere creaturæ, niſi Exorciſta ex induſtria id velit, vt ſupra dictũ, & tunc etiam requiritur diſpoſitio, ſaltem, vel vera fides in patiente, quæ in ſingulis actibus debet preponi, maximè quando conſtat, vel dubitatur, an patiens ſit benè diſpoſitus.

Præcepta inſtructiua debent fieri in omni actu coniurationis, ad hoc vt patiens videat Dæmonis velitatem, qui ſine tergiuerſatione præceptis ſubmittitur. Interdum Exociſta præcipiat Dæmoni vt obediat patienti, & ille tunc aliquid ei præcipiat.

Modus coniurandi non eſt certus, nec certa regula; poteſt obſeruari ſequens, vel variari iuxta temporis conditiones, & patientis diſpoſitionem.

Primò, ergo Exorciſta experiatur

riatur in ſe an habeat conditiones requiſitas vt ſupra; deinde an vexatus habeat ſuas; an ſit verè obſeſſus, alias non vltra procedat. Item patiens prius confiteatur, & communicet: ſint præſentes parentes, & aliæ perſonæ honeſtæ, in loco quieto, remoto, deuoto: Item prius recitetur aliqua oratio, vt pater noſter, Aue Maria, Credo, vel pſalmus aliquis, vel Litaniæ; poſt orationem ſedeant omnes ad audiendum Cathechismum, & inſtructionem, quæ fiet, & Energumeno ſimul, & circumſtantibus iuuabit. Benè eſt vt primò cognoſcatur ſtatus, & diſpoſitio patientis, ſecundò fiat Cathechiſmus, tertiò, fiat exorciſmus. Exorciſta vtatur ſua prudentia.

Completo Cathechiſmo Exorciſta ſurgit cum ſtolla ad collum, ſtans aqua benedicta aſpergit

Energumenum, & adſtantes genibus flexis ante Altare, vel Crucifixum: deinde imponendo vtramq; manum, omnibus audientibus dicat extinguatur in te &c. vti infra, vel ſignum Crucis ſit in fronte tua, &c. ſicuti ſequetur: Poſtea dicat hæc, vel ſimilia verba. Ad honorem, & gloriam Sanctiſſimæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Sancti N, & omnium Sanctorum, & Sanctarum totius Curiæ Cęleſtis, & ad exaltationem Sanctæ Matris Eccleſiæ, ad liberationem iſtius creaturæ N. Dei, ad confuſionem Dæmonum, & Miniſtrorum eorum, præcipio in nomine Ieſu, qui eſt Saluator mundi, & Mariæ Sanctiſſimæ eius Matris, omnibus, & ſingulis Demonibus vexationibus corpus iſtius creaturæ Dei, ſiuè extrinſicè, ſiuè intrinſicè, ſiuè fantaſicè,

ſiuè

ſiuè realiter, vt ſint parati obedire mihi in omnibus quæ præcepero, & per omnia, ſubito, & ſine mora. In nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus Sancti ✠, Amen.

Sedeat poſtea Exorciſta, & interoget vexatum, quod malum illi regulariter Dæmon facit, cuius habito reſponſo ſine vlla vacillatione dicat Exorciſta, & cum terribili Maieſtate. Si verum eſt quod hoc malum proueniat in creatura hac Dei à Dæmone, ego authoritate Domini Noſtri Ieſu Chriſti præcipio omnibus Dæmonibus, qui hoc malum fecerunt, vt me præſente, & vidente coram omnibus idem faciant. Nota bene quod hoc præceptum debet benè à patiente intelligi, vnde bene eſt vt dicatur lingua propria, quam ipſe intelligit. Per quod præceptum, vel

alia non ſunt præcipienada Dæmoni mala, & damnoſa vexato, ſed tantum leuia, vt in terram cadere ſine leſione, &c. hæc ad patefaciendã obedientiã ſuficiunt. Quod ſi non habetur obedientia, vltra non procedatur, nam patiens aut non eſt benè diſpoſitus, vel obſeſſus. Dimittatur ergo, vt res melius requiratur, & diſponatur, debent enim Dæmones ſi adſunt, ſine mora perfectè obedire. Si obediunt perfectè, ſtatim præcipiatur, vt ſubito à vexatione ceſſent.

Interrogatur patiens an ſciat, quare Diabolus fecerit illi malum tam prius, quàm poſterius, & vnde Diabolus habuerit talem facultatem; qui ſi reſponderit, neſcire, ei dicatur, quod aliunde non prouenit, niſi quia patiens permittit ſe decipi per ſuggeſtiones, & quia con-

ſenſum ſuggeſtioni præbet, & tentationi, ſi enim non conſentiret, & fidem haberet, Diabolus nil poſſet.

Dicat ergo Exorciſta Diabolus vult te iterum vexare: illi dicas, nolo, & in hac voluntate firmiter inſiſte. Poſtea dicat Exorciſta Demoni, ſi verum eſt quod vos Dæmones habetis aliquam facultatem contra iſtam Perſonam reſiſtentem, & contradicentem, nunc facite quod poteſtis, & tunc certè nihil facient. Subinferat ergo, ò Dæmones vocate alios Demones in veſtrum auxilium, & facite quod poteſtis contra iſtam creaturam reſiſtentem. Manente illa in reſiſtentia; nec capillus mouebitur.

Nota non eſſe præcipiendum Dæmoni vt faciat illa, vel illa, ſed tantùm permittendum, &

patienti dicatur vt reſiſtat, & ſic moneatur vt ſemper reſiſtat ex quo videt, quod manente reſiſtentia, Dæmon nil valet, quod magna ſit virtus fidei, magna authoritatas Exorciſtæ, & ſic plures faciat ſimiles experientias, in vno, vel pluribus diebus, iuxta captum patientis, ſucceſſiuè, vel interpolatè, prout viſum fuerit. Quod exertitium tam diu durabit, vſquequo Demones in omnibus ſummam exhibent obedientiam. Factis ergò per Demonem obedientijs ſuper his, quæ prius faciebat in creatura, ad eiuſdem inſtrutionem aliæ obedientiæ potuerunt præcipi, vt motio manus, priuatio viſus &c. Aduertat Exorciſta ne precipiat actus inhoneſtos, ſcandoloſos, damnoſos &c. ſed illos, ex quibus poteſt haberi inten-

intentum.

Poſtquàm erit Energumenus perfectiſſimè inſtructus, & liberatio non ſequatur, iterum reſumantur experientiæ, ſed paucæ, & tales, vt Exorciſta credat ſe poſſe tutè ad actum liberationis deuenire.

CAPVT VIGESIMVM

De Cautelis adhibendis.

ARS hæc cum ſit contra Dæmones, qui ſunt aſtutiſſimi, neceſſe eſt, vt Exorciſta ſit cautus in ſuo officio, ne decipiatur, & operationes eius impediantur, ideò has cautellas obſeruet, neceſſarium eſt.

Primò dum Diabolo præcipit ad inſtructionem patientis aliquã vexationem, non permittat illam diu durare ſed ſtatim iterum præcipiat vt eam tollat.

Secundò ea quæ præcepit non ſint turpia, contra bonos mores, ſed quæ inducere poſſit aliquam vtilitatem, vel reſpectu patientis, vel Dæmonis, vel authoritatis Exorciſtæ, vel bonitatis, &c. Dei.

Tertiò regulæ quæ ſunt poſitæ, non eſt neceſſe vt ad amuſſim omnes eo ordine ſeruentur, ſed pro vt Exorciſta prudenter iudicauerit expedire, iuxta qualitatem perſonæ, temporis &c.

Quartò, quando tale præceptum fit Dæmoni aduertat Exorciſta, vt patiens non ſit aliqua paſſione perturbatus, vel diſtractus, quia tunc eius mens ſuggeſtioni Diabolicæ diſtracta, non eſſet ſufficienter diſpoſita per fidem, & attentionem, & ſic Diabolus præcepto non obediet. Ideò prius inter-

rogetur an habeat aliquam paſſionem, vel tribulationem, vel diſtractionem: iterum eius vultus conſideretur an ſit hillaris, vel turbatus: nec deueniat ad aliquod præceptum, niſi prius reducatur ad quietem, & hilaritatem: ſuper his quoque interogentur parentes, ne patiens interdum veritatem celare conetur, à Demone illuſus.

Quintò, diligenter ſemper curet, vt patiens attendat mandatis quæ fiunt Dæmoni, aliàs Dæmon non obediet: operatur enim in corpore iuxta diſpoſitionem, & inclinationem patientis, & eius fidem. Præceptum autem quod non intelligitur à patiente, ei non obeditur à Demone, Et ſic contingit, vt ſi iubeam mouere manum dexteram, moueat ſiniſtram, quia patiens dicit ſe intellexiſſe ſiniſtram

ſtram pro dextera. Quare optimum erit priuſquam fiat præceptum, illud patienti aperire, & dicere, inſinuare, & explicare, imò interdum, & replicare, & ſic melius eſt, quamuis aliàs decentius eſſet, vt præcepta lingua vulgari patientis fiant.

Sextò, aduertatur diligenter inclinatio, vel repugnantia patientis ſi quam habet ad tale præceptum. Nunquam enim faciendum eſt in quo habet repugnatiã, quia Diabolus non obediet propter indiſpoſitionem patientis, & ſic prius diſponatur patiens, an eius voluntas inclinet in id quod præcipere curat, & ꝑ fidẽ poſtea percipiat.

Septimò, quando per Exorciſtam fit præcptum Diabolo, patiens cupiens adimpleri quod præcipitur, non aliquo corporis actu, vel motu,

tam externo, quàm interno conetur Dæmonem conſtringere ad obediendum, quia nihil faciet. Spiritus enim ſolis actibus ſpiritualibus conſtringitur, vt fidei, ſpei, amoris in Deum &c. relinquat ſua membra, ac ſi non haberet, & videre qualiter Diabolus non impeditus operetur in illis ſecundum præceptum factum illi, & lætari de tali Dæmonis ſubiectione, & Dei ſimul laudare bonitatem, & benignitatem.

Octauò, quia vexati ſunt diuerſæ naturæ, ſic diuerſo modo eſt procedendum: cum rudioribus requiritur maior diligentia, & patientia, ac dexteritas, vt capiant capienda: alij ſunt timidi, quidam duri capitis, propriæ ceruicis, quales Diabolus facilè decipit: alij verecundi, alij alias habent naturæ propietates

Nonò

Nonò, ſi plures ſimul Exorcizantur, experientiæ fiant in his qui habent maiorem capacitatem, & fidem: alij interim attendant, & ſe conforment, &c. videndo fidem concipiant. Interim Exorciſta alios ſæpè reſpiciat, eorum vultus obſeruet, ipſos ſæpè interroget; & prouideat pro vt res requirit. Aliqui putant non expedire plures ſimul Exorcizare, quod vnus alios perturbet; ſed falſum eſt, imò expedit, & multa bona fiunt ex parte Exorcizantium, & Exorciſtæ.

Decimò pro vt aliàs dictum, Exorciſta dum facit. Cathechiſmum, &c. interroget Patientē ſæpius quid ſentiat, quid cogitet quid putet, videat, quid ipſi ſuggeratur, quid timeat.

Vndecimò, moneat patientes quomodo ſe in omnibus actibus gerere debent; & aliàs vt orent

Miſſas audiant, Sacramenta percipiant: non timere Dæmonem, reſiſtant, exerceant actus fidei, ſpei &c.

Duodecimò, ipſemet Exorciſta antequam opus aggrediatur, prius præmeditetur quid facturus ſit, de modo, quo loco, hora, quas experientias vellit facere, & præcepta; non inparatus accedat; & ſi quid noui aduertit, illud notet, & obſeruet pro alia vice, & quia exercet actum ordinis, curet vt ſit in gratia Dei, ſit, & illę frequens in. Oratione, in ieiunijs &c. petat aſſiduè Dei auxilium, ne à Diabolo illudatur. Deinique, ea habeat de quibus ſæpè ſupra.

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

De Probatione.

PROBATIO eſt actus quartus ſeu pars huius artis poſtquam enim cognitum eſt ſufficienter Diabolum adeſſe, ac patiens, quod ſufficienter ſit inſtru-

inſtructus, cathèchus, &c. non poteſt liberari, niſi probetur prius an verè ſit ad liberationē diſpoſitus, quod in quatuor conſiſtit.

Primò, in ordine ad Deum.
Secundò, ad Exorciſtam.
Tertiò, ad Demonem.
Quartò, ad ſe ipſum; in his probatus an ſit, reperitur.

Quo ad Deum in puritate conſcientiæ, ſi orat, ſi. Sacramenta frequentat; ſi ſe emendat, ſi vitam ſuam ſpiritualiter ordinauit: item in actu humilitatis, ſi ſe putat indignum liberatione, ſi ſe aliorum orationibus comendat, ſi Deo ſæpe gratias agat.

Item in actu confidentiæ, ſi oſtendit ſigna lætitæ: nec timet. Pro maiori probatione, interroget Exorciſta patientem, qua die vellit liberari, quo loco,

quibus

quibus pręſentibus: qui ſi per ſe determinat omnia, verè probatus eſt. Si verò ſe remittit quaſi nolit, videtur timere, ſic non eſt probatus.

Item ſuper his poteſt interrogari credis ne quod Deus velit, & poſſit te liberare?

Credis quod nula cauſa obſtet, velit liberare?

Credis quod Deus concurrat cum Exorciſta &c.?

Credis quod Diabolus non poteſt reſiſtere? & ſimilia ex dictis.

Si ſubito alacriter reſpondet, credo, probatus eſt: ſi tardè, non eſt perfectè diſpoſitus, *&* ſi non lætatur, patitur diuerſiones, tentationes.

Secundò, erga Exorciſtam, primò, ſi credit quod poſſit eum liberare. Secundò, ſi reueretur illum. Tertiò, ſi libenter cum eo

loqua-

loquatur de ſua liberatione. Quartò, ſi Dæmones ſemper obediunt Exorciſtæ ſæpe gratias agit de laboribus libenter videat, ac libenter tractet de liberatione, de tempore, loco, &c.

& ad maiorem fidei confirmationem iam conceptam de liberatione, poterit Exorciſta præcipere Dæmoni, vt conceptis verbis explicet an verè liberabitur patiens, & ipſe cum ſuis ſocijs ſit exiturus? ſi reſpondet nolo exire, patiens non eſt diſpoſitus. Dubitat enim in corde ſuo, quia Diabolus loquitur & operatur in corpore iuxta fidem patientis, vti centies dixi.

Tertiò, erga Demonem, ſi patiens amplius illum non timet, ſed contemnit, & ſi Dæmon ei obedit. Nam ſicut per timorē Dæmon acqiſiuit poteſtatem, ſic è contra cum contemnedo eximi-

tur ab eius poteſtate, & sic non erit difficile illum à corpore expellere. Ideò obſeruandum eſt an patiens timeat, & si timeat maleficia, ſi habet ſomnia horribilia. Si contremiſcit etiam ad minimos terrores: ſi timet ſolus ambulare, ſtare in cubiculo, in domo &c. his ſtantibus non eſt probatus. Secundò, obſerua si patiens deridet Dæmonem, & dum eſt ſermo de illius poteſtate, ridet, quaſi nihil illum faciat, si ſuggeſtiones non curat, nec attendit; si non amplius narrat quæ ſibi fecit Dæmon, niſi interogatus ab Exorciſta, tunc probatus eſt. Tertiò, obſerua, ſi vexatus non ſtatim reijcit vexationem per imperium ſi ei dicto aliquo, vel facto Dæmoni præcepto, ille timet præcipere, vel audire, non eſt probatus. Oportet vt non ſolum obediat Exorciſtæ & credat

credat

credat præcipienti, ſed etiam per ſe ipſum vexatum; ideò circa hæc Exorciſta procedat diligenter, ſubtiliter. & artificioſè.

Quartò, erga ſe ipſum probatus eſt patiens ſi in corpore nullam amplius vexationem ſentit, vel vix apparet ſignum vexationis, & cito per ipſum remouetur. Secundò quando eius imaginatio, & cerebrum non confunditur varijs imaginationibus agitatus; & tandem quando ſentit maximum deſiderium liberationis in ſe, & fidem de certa liberatione. Ideò Exorciſta vt horum euidentiam habeat, obſeruet ſequentia. Primò, an ſentiat in corpore, vel in aliqua parte quæ prius ſentiebat. Ideò ſuper omnibus vexationibus, & partibus ſe ipſum interroget, an ſint aliquæ. Reliquiæ, & in ſuggeſtionibus

nibus &c. Secūdò obſeruet, ſi mens eius trāquila eſt, conſcientia quieta, intellectus clarus, imaginatio nō impedita, locutio libera &c. quę ſunt ſigna probationis. Tertiò, obſeruet ſi deſiderium liberationis inuenitur in patiente, quod cognoſcitur, ſi inſtet petens cito liberari. Sæpius de liberatione illum Exorciſta interroget, & an ſit ſolitò lætior tunc ad illam &c.

Viſis ergo in Ergumeno præmiſſis probationibus, non erit tardus Exorciſta vt ad vlteriora procedat; vnde poterit reſumere ſeu repilogare Cathechiſmum, non quo ad omnia, ſed ad quatuor principalia puncta, nimirum de bonitate Dei, de authoritate Eccleſiæ, de Dęmonis imbecilitate de virtute liberi arbitrij &c. Deinde poterit determinare de loco, de tempore liberationis, & explicare eiuſdem cōuenientias.

Denique, admoneat Energumenum vt ſe paret omni meliori modo quo poterit ad recipiendam à Deo gratiam ſuæ liberationis, mediantibus exercitijs poſitis ſupra, & infra ac alijs pro iuditio Exorciſtæ, & patientis.

MODVS PRACTICVS

Cognoſcendi an quis verè ſit maleficiatas, vel poſſeſſus à Dæmone.

NVNQVAM dicatur quis Maleficiatus, niſi per ſigna certa, & euidentia pro tali cognoſcatur. Multi enim imaginariè tantum ſunt tales, & propter quaſdam animi,

& corporis agritudines maleficiati videntur cum reuera non ſint. Ergo in hoc negotio magna cum diligentia, eſt procedendum.

Interrogetur ergo pa tiens ſi eſt capax, alias Parentes, & curam illius habentes, de origine infirmitatis, de tempore an de nocte vel die, de modo, de effectibus infirmitatis, de qualitate; an domi vel extra, per cibum, & potum, an aliquod remedium adhibuerit, & quale, quem æffectum ſenſerit, a qua perſona illud acceperit.

Exorciſta interim omnia diligenter obſeruet., vultum patientis., oculos, corporis habitum, mores, vocem, geſta, &c. Ex his ſignis colliget quid ſit in rei veritate.

Si nihil probabile ex ſignis habentur, non procedat vlterius, ſed alia die, ſi videtur fiat experi-

peri-

perimentum ; interim maneat Exorciſta Perſonam , vt ſit hilaris ac ſecurus , ac in Deo confidat , eique ſemper ſe comendet, quod velit ſub eius protectione viuere . Si enim aliter attentaret , dubium Perſonæ ingereret alicuius maleficij , quod ipſi pernitioſum foret , maximè ſi timor accedat.

Quod ſi probabilis habeatur maleficij certitudo , poterit ſimili modo , & præcepto Exorciſta experiri . Genuflectat Patiens curam Exorciſta , qui ſedens graui , & intrepida voce cum maxima confidentia dicat :

In nomine Ieſu Chriſti , ego vti Chriſti , & Eccleſiæ Miniſter , precipio tibi Demoni vel vobis , &c. Spiritibus immundis , qui eſtis in hoc Corpore , vt ſtatim detis mihi ſignum cer-

tum præſentiæ veſtræ, mouendo illum humorem, &c. vexando hanc creaturam nunc, prout ſoliti eſtis facere me abſente, eo modo, quo permiſſum erit vobis à Deo. Si dat ſignum, ſtatim præcipiat vt deſiſtat. Si non dat ſignum, dimittat Perſonam, monendo vt falſam opinionem deponat. Dabit verò infallibiliter ſignum Dęmon, ſi in patiente, & in Exorciſta firma fuerit fides.

Ergo ſi dederit ſignum rerum, tunc deueniat primò ad Cathechiſmum ſeu inſtructionem vt ſupra. Si fuerit infantes aut alias incapaces, Parentes eorum vel curam habentes inſtruantur, vt ſint in gratia Dei, eaque omnia præſtent, ac ſi ipſi fuerint maleficiati.

Qua inſtructione perfectè peracta, non deueniat, Exorciſta

ſta ad actus liberationis ſtatim , ſed prius experiatur an Patiens ſic benè diſpoſitus , inquirat eius iuditium , quid ipſe de ſua infirmitate ſentiat , an ſperet ſanari? quando , in quo loco, per quem , &c. ſi ad hoc hilariter , & ſine heſitatione reſpondit , ſignum eſt perfectè diſpoſitionis .

Tunc iuxta notata inferius , genuflexo patiente , ſi poteſt , ante Exorciſtam , ipſe tanquam Iudex ſedens ſeuera facie , & graui voce aut caritatiuè , magnà in Deum fide , & animo ſecuro imperet Dęmoni , eo modo *Caput* 23. de quo ſupra , nimirum ſemper præcipiat in nomine Ieſu Chriſti , vel in nomine Sanctiſſimæ Trinitatis , &c. dicitur enim in ſcriptura in nomine meo Dęmonia eijcient: hoc modo S. Paulus ipſarũ furias compreſſis , ſimiliter S. Petrus , &

Sancti omnes: quia eſt nomen; quod eſt ſuper omne nomem, vt in nomine Ieſu genuflectatur cę-leſtium, terreſtium, & infernorum.

Cum merè maleficiatis, & pueris ſeu Infantibus ſimili modo agatur. Poſitis diſpoſitionibus, Parentes Infantem tenentes genufiectant ante Exorciſtam, ille ſedens more ſolito præcipiat.

Ego N. vt Miniſter Chriſti, & Eccleſiæ, in nomine Ieſu Chriſti præcipio tibi Demon qui maleficium in corpore iſtius Creaturæ perfeciſti, vt ſtatim ſine vlla mora deſtruas omne maleficium, ab ea auferas omnem ligaturam, facturam, faſcinationem, ac quamcumque moleſtiam ac vexationem, vt recedas totaliter ab eo, tecum trahendo omnes feces, & immunditics

dities , ſi quas in corpore illius immiſiſti , nec amplius habeas poteſtatem ei , apparendi ſub quacumque forma vel figura , aut vexandi illum intrinſicè vel extrinſicè , die vel nocte , aut perturbandi ſenſus eius interiores vel exteriores , vel quocumque alio modo moleſtandi . Sic volo , ſic iubeo vt Miniſter Chriſti , & Eccleſiæ . In nomine Patris , & Filij , & Spiritus Sancti Amen . Benedictio Dei Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus Sancti ✠, &c. Moneantur parentes vt perſeuerent in fide , &c. & in gratia Dei : Infantem muniant præterea rebus Sacris , ſignent Aqua benedicta , &c.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

De præparatione ad liberationem.

CERTVM eſt, quod in omnibus humanis nihil perfectè perfici poteſt, ſine aliqua diſpoſitione operantis, & præcipuè in actibus Spiritualibus. Sicuti eſt Dæmonis expulſio. Ideo Exorciſta debet ſe

ſe parare oratione, pijs exercitijs, & operibus, vt per eius miniſterium purgetur Templum Dei. *Iſte modus poteſt variari.* Præterea ſit Energumenus diſpoſitus, qui gratiam eſt ſuſcepturus; ideo per quindecim dies continuos antecedenter iuxta modum qui ſequitur ſe præparet, ita tamen vt aliter pro ſua deuotione poſſit variare.

Primò, diebus feſtiuis verè contritus confiteatur, ac communicet; alijs diebus Spiritualiter hoc perficiat omni meliori modo, & feruore quo poterit. Singulis diebus dicantur Litaniæ Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & Energumenus reſpondeat, ora pro me, vel libera me; alij dicant, ora pro eo, &c. In fine dicatur oratio. Protege Domine famulum tuum, &c. & oratio Sancti illius diei, Item:

Prætende Domine famulo tuo, &c.

Quotidie in ſero coram Crucifixo, dicatur Pſalmus. Qui habitat, &c. cum oratione. Viſita quæſumus Domine, &c. inſtanter rogabit Deum patiens, vt mentem ſuam illuminare dignetur ad cognoſcendas Satanæ inſidias, & corroboret cor ad eas pellendas, &c. ſingulis diebus fiant particulares Sanctorum inuocationes: peccata deteſtantur, fiant proteſtationes contra Dæmonem, pro vt infra ſingulis diebus præſcribitur.

Et quamuis illæ poteſtationes ex ſe ſint optimæ, conſultius tamen erit coram Confeſſario facere vel Exorciſta, eaſque in die pluries repetere ad ſolidandam fidem liberationis. Peccata omnia deteſtanda ſunt, ſed ea præcipuè quæ Diabolum fortem

red-

dunt. Præter has orationes, alia poterunt fieri opera, & Exercitia, iuxta conditionem patientis.

Toto tempore præparationis non relinquatur Energumenus ſine Cathechiſmo, & Exorciſmo: imo diligenter inſtruatur, & exercitetur, ne dictorum obliuiſcatur, ita tamen vt Exorciſta non impediatur.

Qui neſciunt legere, poterunt lecta audire, & ea adimplere iuxta arbitrium Exorciſtæ, qui poterit Energumeno etiam explicare tentationes Diabolicas in ſexto actu infraponendas, vt incipiat illas de mente excutere, propterea interogabit quas tentationes habeat, vt remedium ſubminiſtret. Interim locus liberationis, ſi eſt priuatus, ornetur ad modum templi vel Oratorij, & Altaris, ante quod pote-

poterit Vexatus ſuas orationes ; & exercitia adimplere illis quindecim diebus, qui prolongari vel abreuiari poſſunt iuxta temporis contingentiam, & diſpoſitionem Vexati.

Prima die inuocatur, Sancte Michael Archangele ora pro me: ab inſidijs inimicorum omnium defende me: a Spiritibus immundis libera me, ſub tua protectione mirabili conſerua me. Fiat peccati deteſtatio ; ſuperbiam deteſtor vitium Diabolicum, vt Dæmones à me recedant, & volo humilitatem per quam Deus habitet in me.

Proteſtatio: Credo, & proteſtor, atque pro certo habeo, quod Dæmones nihil poſſunt contra me nolentem, & illis contradicentem ; vnde illis expreſsè contradico, & nolo illos ſupra me vllam poteſta-

tem

tem habere.

Die ſecunda Sancte Raphael Archangele ora pro me, ab inſidijs Diaboli, &c. vti ſupra. Deteſtor inanem gloriam, & volo mei contemptum. Proteſtatio. Proteſtor, & credo, atque pro certo habeo, &c. vt ſupra. Ergo reijcio Dæmones: illis contradico, mecum habere partes nolo. Ergo certiſſimè mihi non nocebunt, & ſine dubio per poteſtatem Eccleſiaſticam a me recedent.

Die tertia, Sancte Angele Cuſtos ora pro me, &c. ab inſidijs Diaboli, &c. Deteſtor auaritiam, &c. volo liberationem, & libertatem per quam Deus habitat in me. Proteſtor, & ſcio, quod Diabolus mille modis decipere me poteſt, ſed nunquam hoc erit, niſi ei liberum conſenſum dedero. Hæc autem ſa-

nente

uente Diuina gratia non erit, quia nolo, & Deus non vult, ergo Diabolus me non decipiet.

Die quarta Sancte Iob patientiſſime ora pro me, &c. Deteſtor concupiſcentias, vitium Diabolicum, &c. & volo caſtitatem per quam Deus habitat in me. Proteſtor certiſſimè me nolle amplius aſſentiri Diabolo, vt in me operetur, quod vſque modo operatus eſt in vexationibus ſuis, & certè non operabitur, quia nunquam amplius conſenſum præſtabo, imò illi contradico, maledico illum, qui mala operatus eſt in me.

Die quinta, Sancte Dauid ora pro me, &c. Deteſtor iracundiam, &c. volo manſuetudinem, &c. Proteſtor, & firmiter teneo, quod ad præceptum Exorciſtæ, quod eſt Dei præceptum, tenen-

tur omnes Dęmones obedire quidquid ille præceperit, ac in ſpeciali quando præcipiet meam liberationem, certò obediet.

Die ſexta, Sancte Thobia ora pro me, &c. Deteſtor murmurationem, &c. volo charitatem, &c. Proteſtor certiſſimè, & expreſſe volo quod omnes Spiritus qui ſunt, & erunt in me vſque ad diem. N. tam maiores, quàm minores, interiores, exteriores, capitales, ſubditi, &c. qui ingreſſi ſunt Corpus meum ſiue per timorem, ſiue per maleficium, ſiue alio quouis modo, volo inquam vt omnes veraciter recedant, & ſecum deferant omnes feces, & infectiones, quas in me malitioſe operantur.

Die ſeptima, Sancte Paule Apoſtole ora pro me, &c. Deteſtor iudicia temeraria, &c. volo ſimplicitatem, &c. Proteſtor

me ſic confidere in bonitate Beatiſſimæ Virginis Mariæ, interceſſione, & in protectione Sancti N. quod certiſſimè conſequar meam liberationem. Vnde ad primum Exorciſtæ pręceptum ſtatim Dæmones ſine mora à me recedent.

Die octaua Sancte Cipriane: Martir ora pro me, &c. Deteſtor loquacitatem, &c. volo ſilentium, &c. Proteſtor, & firmiter credo, quod Deus ſua pietate mea condonabit peccata, & præcipuè illa, quibus conſenſum dedi Spiritibus immundis tempore meæ vexationis, vnde propter illa nullo modo impediri poſſe credo meam liberationem.

Die nona Sancte N. protector meus ora pro me, &c. Deteſtor amorem proprium, &c. volo amorem Dei, &c. Proteſtor me credere, & velle, quod Dæmones

mones omnes in eorum à corpore meo receſſu nihil in eo mali relinquent, nec infirmitatem, nec debilitatem, nec aliud naturæ nocumentum, & ſic volo, & ſic erit, &c.

Die decima Sancte Martine ora pro me, &c. Deteſtor pigritiam, &c. volo diligentiam, &c. Proteſtor me credere, & pro certo habere, ac firmiter teneo, quod Dæmones poſt meam liberationem, nullo modo poſſunt amplius ingredi ad me vexandum, nec alios Spiritus ſui loco mittere, nec maleficos, vel maleficas poſſe maleficia inducere ad hoc faciendum, ſed in regionem longinquam abibunt, vbi nullæ creaturæ nocere poterunt, ſic volo, ſic credo, ſic erit.

Die vndecima, Sancte Vsbalde ora pro me, &c. Deteſtor gulam, &c. volo abſtinentiam, &c.

&c. Proteſtor me credere, & ſperare in Chriſti Domini Ieſu, & Eccleſiæ Sanctæ authoritate, ob quam omnes maligni Spiritus à me eijciantur, & quod talis erit eiectio, quod nec vllo modo, nec ratione ad me reuertentur, ſic credo, ſic volo, & ſic ſine dubio erit &c.

Die duodecima, Sancte Antoni ora pro me, &c. Deteſtor inconſtantiam, &c. volo conſtantiam, &c. Proteſtor me ſcire, & pluries expertum eſſe, quod Dęmones nullum damnum, & malum inferre poſſunt contra meam voluntatem, & quod poſt meam liberationem nolo aliquem Dæmonem mihi apparere ſub aliqua figura, & forma, nec in ſomnis, nec in vigilia, ſic credo, ſic credo, & ſic erit, &c,

Die tertiadecima, Sancta Maria

ria Magdalena ora pro me, &c. Deteſtor immodeſtiam, &c. & volo modeſtiam, &c. Proteſtor in receſſu ob rabiem, & iram expulſionis nitentur mille modis Dæmones me inquietare, & tentare. Proteſtor tamen illis me nolle ipſos, nec aliquos rumores facere, & timorem immittere. Sed illos euaneſcere vt fumus ante faciem venti. Sic volo, &c.

Die quartadecima, Sancta Margarita ora pro me, &c. Deteſtor inobedientiam, &c. volo obedientiam, &c. Proteſtor, & confiteor vanitatem maleficiorum, &c. incantatorum, & omnium Diabolicorum operum, in quibus ſcio nullam eſſe virtutem. Ideoque proteſtor me non timere illa, cuiuſcunque generis ſint, imò illa contemno, & ſub pedibus calco tanquam inania, &

ſcio nullum poſſe pręſtare minimum nocumentum.

Die quintadecima, Sancta Catharina Senenſis ora pro me, &c. Deteſtor vanitatem, &c. volo veritatem, &c. Proteſtor clariſſimè, quod expertus ſim quantum valeant actus mei liberi arbitrij vna cum actu fidei contra Dæmones. Nam ſæpius vidi, quod quando volebam Dæmonem poſſe, poterat, ſi nolebam nihil poterat. Vnde qui prius per Tyrranidem dominabatur, meo nunc ſubiacet imperio, de quo maximè lætor, & Deo meo infinitas ago gratias.

Igitur ad gloriam Dei, ad meam ſalutem, ad confuſionem Dæmonum, nolo amplius Dæmoni vllum dare minimum meum conſenſum, nec directum neque indirectum, ſed illum cum omnibus ſuis tentationibus contemno,

& reſpuo, & omnino à me repello; ſed, & in craſtinum videbo mirabilia Dei, & gloriam ſuam videbo victoriam meam, & Sanctę Matris Eccleſiæ exaltationem, quod Deus concedat, qui eſt vnus, et Trinns in ſæcula, &c. Amen.

Hæc exercitia per dies diſpoſita ſunt breuibus verbis, quæ tamen tota die ampliata, vnuſquiſque pro ſua deuotione exercebit, & replicabit, &c.

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

De Energumeni libera-tione.

ISTE actus eſt ad quem omnes alij referuntur, & ſic eſt meritò appellendus finis totius artis.

Multa hic ponuntur, quæ Exorciſta pro ſua prudentia poterit alterare, & variare. Duo ſunt

ſunt præmittenda, vt dictum alias, diſpoſitio perfecta, & probata patientis, ſecundò, item ipſius Exorciſtæ.

Antequam deueniatur ad pręcepta expulſionis, & liberationis, congregatis in loco decenti, ornato, & deuoto, ijs omnibus qui intereſſe debent, ſit menſa poſita, in loco digniori ſedeat Exorciſta, & ſermone graui dicat ea omnia quæ Deus operatus eſt ad fauorem patientis, quod nimirum manifeſtatæ ſint inſidiæ Diaboli, modi quibus decipiebat, & vexabat, &c. dicat de valore fidei, de libertate liberi arbitrij, de bonitate Dei, de diſpoſitione, quam expertus eſt in Energumeno, vnde gratiæ ſunt Deo reddendæ de præmiſſis, &c. & orandum eſt pro con-

ſecutione finis.

Omnes ergo genuflectant, & orent partem Roſarij, vel pſalmos penitentiales, vel Litanias Beatiſſimæ Virginis Mariæ, vel alias præces. Deinde omnes ſurgant, & ſedeant ſicuti prius; tunc Exorciſta conuerſus ad Patientem dicat. Recordare frater chariſſime qualiter prius à Diabolo vexabaris, in hoc, in hoc, in illo, &c. veniendo ad ſpecialia; recordare qualiter per authoritatem ſit Dæmon compreſſus, vt iam nihil aliud poſſit, & tibi quoque ſubiectus factus eſt. Ergo vt videas quod etiam nunc ſimiliter ſubiecti ſunt omnes Dæmones, mihi, & tibi.

PRÆ-

PRÆCIPIO.

TVNC præcipiat omnes vel aliquas vexationes ex prioribus quas paſſus fuerat Energumenus; & ſtatim præcipiat vt ceſſet. Poſtea faciat vt ipſemet Energumenus præcipiat idem vel ſimile, & experiantur ea, quæ viderint neceſſaria pro rememoratione.

Tunc accendatur Candela benedicta, & dicat Exorciſta, hæc Candela ardet in ſignum Fidei, quæ habet tantum valorem, & ſignificat Chriſtum Dominum qui ſua præſentia confirmat omnia. Poſtea ſubiungit. Sicuti iſti Dæmones ſubijciuntur mihi in omnibus,

& obediunt, ita cum præcepero aliquam expulſionem obedient; vt autem firmiter hoc credas, attende. Tunc præcipiat Dæmonibus omnibus, & quibuſcunque vt intrantes in manus vexati, accedant ad manus Exorciſtæ, promittantque illi ſe exituros ſtatim quo illis præceptum fuerit quo facto.

Explicet Exorciſta vinculum iuramenti ad quod etiam Diabolus tenetur non reſpectu ſuæ malitiæ, qua paratus eſt ad omnia mendatia, ſed virtute Diuini nominis inuocati in eo. Vt ergo N. habeas certitudinem tuæ liberationis.

Præcipio vobis vt omnes ad manum dexteram progredientes ſuper hanc Sacram Scripturam iuretis mihi quod ſtatim facto

vobis expulſionis præcepto ſine mora ab hac creatura realiter, & ſine aliqua fictione recedatis.

Quo facto Exorciſta ponat manum ſuam dexteram ſuper dexteram iurantem, & dicat. Et ego vt Chriſti Miniſter, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ, accipio, & accepto hoc iuramentum, quod ſine dubio ſeruari debet, & ſic volo.

Interim ſemper moneat Energumenum ne vnquam Diabolicis tentationibus conſentiat, imò neque attendat. Videns enim malignus Spiritus quod nihil aliud poteſt contra Energumenum deſtructa totaliter eius authoritate, recurrit ad inſidias ad tentationes, & deceptiones, vt illis ſalutem aliquid præſtet. Ideo Energumenus

cautus ſit vt ſemper fide , ſpe ſpiritibus reſiſtat , illis inſultet , ſperet , & in DEO ſemper confidat , denique ijs attendat diligenter , quæ ab Exorciſta ſibi dicuntur.

Diuerſas enim tunc tentationes Energumenus patitur durante Exorciſmo , in præparatione , in actu liberationis , & poſt, quæ ſunt infinitæ , & ſubtiliſſimæ , quarum hic aliquæ ponuntur.

Prima tentatio ; quod nunquam exibit ; & ſi facit aliquas obedientias , hanc vt exat , non faciet , & potius vult ſufferre omnes pœnas , quàm exire.

Secunda , fingit ſe exire , & ſuggerit quod omnes præcedentes obedientiæ fictæ fuerunt . Tertia , ſuggerit quod Diabolus ſit ſubtilis , aſtutus , & propte-

rea quod infallibiliter decipiet, & remanebit in corpore.

Quarta, quod Exorciſta ſit male diſpoſitus ad hoc, & quod non habet authoritatem, quod habet aliquod peccatum occultum, *&c.* *&* ſic quod nolit exire. Quinta, non eſſe Dei voluntatem, vt nunc exeat propter diuerſas cauſas. Sexta, non dari cuilibet homini talem poteſtatem expellendi Diabolum, qui eſt fortis, obſtinatus, &c. Septima, quod modo non ſit tempus opportunum ſui exitus, vel quod alius requiratur Miniſter, alio tempore.

Octaua, alias tentationes plurimas proponit, vt diſtrahat Energumenum, vt non attendat, imò ſæpe facit vt videatur inſenſatus.

Nona, quod nullus vnquam

verè liberatus fuerit, ſed ſtatim redeunt ad diem.

Decima eſſe neceſſarium maleficia inuenire eaque deſtruere quæ quamdiu manent occulta maleficium durat.

Vndecima, quod ſecretò abſcondet ſe in aliqua parte corporis, donec ceſſauerit Exorciſta.

Duodecima, aggreditur banditijs, dicendo non ero tibi impoſterum adeo moleſtus.

Tertiadecima, interdum terret, dicendo, inducam alios maleficos, ac Dæmones; vt te affligant, vel quod excundo inferret mala, ſuffocabit, inteſtina lacerabit, os deſtrahere, oculos extrudere, vel contra parentes, filios, bona, domum, &c.

Hæc et alia ſuggerit Inimicus, quæ nullatenus ſunt timenda,

da , illique alacriter , & fortiter eſt reſiſtuendum : eaſque tentationes ſi patitur , ſtatim Exorciſtæ aperiat , qui remedium dabit contra omnes , Vexatumque animabit ad illas contemnendas , ac dicet , quod Diabolus ſicuti prius verè obediuit , ita nunc obedire debebit.

Ad veritatem igitur dictorum, Exorciſta aſſumat imaginem Beatiſſimæ Mariæ Virginis , & dicat . Conſtringo vos Dæmones , vt facto vobis expulſiuo præcepto , ſubito , verè , realiter recedatis ab hac creatura , ſicuti Virgo Maria , &c. eſt verè Mater Dei Chriſti Saluatoris , & ſemper maneatis extra corpus non amplius reuerſuri , ſicuti , Maria fuit ſemper Virgo , & in ſignum quod ſic verè erit , ponite dexteram veſtram ſuper

imagine iſta.

Quo facto dicat Exorciſta, promiſſio facta Beatiſſimæ Virgini Mariæ certum eſt negotium liberationis. Nota quod in his ſi interdum non præſtetur obedientiã, ſuſpendatur negotium liberationis, ſed Energumenus iterum per alios dies diſponatur: ſi autem plena fuerit obedientia ad ſequentem actum deueniatur.

Accedatur ad altare vt ſupra, quo vbi peruenerit, primò fiat ab omnibus in ſecreto parum orationis mentalis, *&* oretur pro Energumeno.

Poſtea dicatur Veni Sancte Spiritus, &c. & da pacem Domine, *&*c. cum orationibus & verſiculis ſuis, ac Beatiſſimæ Mariæ Virginis, & Sancti Protectoris, &c. Deinde Præten-

tende Domine, &c. Stans poſtea Exorciſta faciat ſequentes inſtructiones Energumeno genuflexo, qui attentè auſcultet.

Sis certus fili chariſſime quod Diabolus in omnibus, & per omnia tenetur obedire Dei Miniſtro, & Eccleſiæ, nec illi poteſt contradicere: memento tot obedientiarum: talis, talis, &c. quas vidiſti, & es expertus: memento quomodo virtute fidei, & Diuina fauente gratia ipſe ad nutum tuæ voluntatis ipſi præcipiendo reuoluebas illum quo volebas: ſi licentiam dabas, mouebatur, ſi nolebas, tacebat. Eò vſque res deuenit, vt tibi ſit factus ſubditus, qui prius dominabatur, ex quibus conſtat, ſi tibi obediebat, multo magis obediet Dei miniſtro.

Secundò, conſidera quanta ſit

Dæmonis confuſio, quod ſciens nunc ſe exiturum de tuo corpore, nihil rumoris aut reſiſtentiæ facit, ſed quaſi vile animal, ligatus, & ſubiectus manet. Vnde grauior eſt illi exitus à corpore, quàm manere in Inferno. Sed cum illi præcipiam ſtatim ſine dubio exibit. In hac tua liberatione habes multa auxilia ſpiritualia, &c. habes in tui fauorem Chriſtum Dominum, qui eſt ſuper omnia, &c. habes Beatiſſimam Virginem Mariam, ad cuius nomem contremiſcunt, &c. adſunt Angeli, &c. Sancti Patroni, & ego veluti Dei Miniſter, authoritate Chriſti, &c.

Tertiò, memento promiſſionis factæ à Diabolo de exitu, iuramenti præſtiti, promiſſionis factæ ſuper imagine Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & ad maiorem tui

tui conſolationem, & Dæmonum confuſionem, volo vt idem iurent ſuper Crucifixo, quod velit omnibus meis præceptis obedire.

Tunc fiat præceptum Dæmonibus vt iurent ſe ſtatim exituros quando fiet præceptum, & iurantibus illis, accipiatur iuramentum vt ſupra ſuper Crucifixo.

Ergo cum nullum dubium maneat tuæ liberationis, certiſſimè teneas iam horam adueniſſe illius in hoc loco, & tempore; hic Deus vult tibi hanc gratiam facere; dic ergo mihi an hæc firmiter credas? Energumenus reſpondeat, credo, & firmiter teneo, & Deus me adiuuet, & talem fidem det, quanta eſt neceſſa-

ria

gia mihi pro liberatione,
quam peto ad DEI
gloriam, & hono-
rem, ſic pe-
to, &
volo.

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

Præcepta expulſiua.

ASSVMAT tandem Exorciſta ſtolam, Crucifixum manu teneat, & ſtans graui voce in cornu altaris conuerſus ad Energumenum genuflexum proferat infraſcripta præcepta.

PRÆCEPTVM
PRIMVM.

IN Nomine Sanctiſſimæ Trinitatis Patris ✠, & Filij ✠ & Spiritus Sancti ✠ Amen, & in nomine Beatiſſimæ Virginis Mariæ Matris Domini noſtri Ieſu Chriſti, præcipio omnibus, & ſingulis Dæmonibus exiſtentibus in corpore iſtius creaturæ, vel quomodocunque ad corpus illud ſpectantibus quod in omnibus quæ pręcepero obedienter, puntualiter & ſine vlla mora, ſicut illuc quo mea fertur voluntas illorum obedientia ſe extendat. In nomien Patris, &c. Amen.

PRÆCEPTVM
SECVNDVM.

EADEM authoritate qua ſupra, &c. ego præcipio omnibus ſupradictis ſpiritibus, & quibuſcunque alijs exiſtentibus in quacunque parte mundi, quod in exitu Dæmonum, ſeu liberatione Creaturæ. N. non audeant aliquod malum facere, nec nocumentum inferre iſti creaturæ, nec mihi, nec adſtantibus, nec quibuſcunque alijs tam animatis quàm inanimatis. In nomine Patris, &c. Amen.

PRÆCEPTVM TERTIVM.

ITEM eadem authoritate vt ſupra, præcipio omnibus ſpiritibus, qui tam extrinſicè quam intrinſicè hanc creaturam vſque nunc vexarunt, quod in exitu ſuo habeant ſecum omnes dolores, infirmitates, feces, vexationes, immunditias, &c. omnes diabolicas infeſtationes quas vſque modo in corpore iſto intulerunt, ita vt creatura ita remaneat libera, & ſana, ac ſi nunquam moleſtiam diabolicam ſenſerit. In nomine Patris, &c. Amen.

PRÆ-

PRÆCEPTVM QVARTVM.

AVthoritate Chriſti Domini &c.& per Sanctiſſima eius vincula quibus in paſſione fuit alligatus, præcipio vt ſtatim audito verbo. Omnes Dæmones. qui corpus iſtius creaturæ per maleficium ingreſſi ſunt, quod tollant omnia inſtrumenta maleficialia, quatenus opus eſt; ſoluant omnia vincula, maleficia facta, & fienda, & quodcunque opus Diabolicum contra iſtam creaturam, non quod in ſe habeant aliquam virtutem, ſed ad Dęmonum confuſionem, & ſecuritatem creaturæ huius. In nomine Patris, &c. Amen.

PRÆ-

PRÆCEPTVM QVINTVM.

IN Nomine Sanctiſſimæ Trinitatis Patris, ✠ &c. Amen. In nomine Sanctiſſimi nominis Ieſu, & eius Sanguinis prætioſiſſimi ac totius Sacroſanctæ eius Paſſionis. Per merita, per puritatem, Sanctitatem, &c. Beatiſſimę Virginis Mariæ Matris Dei Domini noſtri, & per gloriam omnium Sanctorum Angelorum, Archangelo-

rum,Patriarcharum, Prophetarũ, Martirum , Confeſſorum , Virginum , ac totius Curiæ cœleſtis , & præcipue Sanctis. N. & N. Protectorum,authoritate qua fungor vt Miniſter Dei , & Sanctæ Matris Eccleſiæ , & per virtutem iuramenti dati , & eiuſdem ratificationis , ac per promiſſiones eorum exhibitas, atque per omnem aliam virtutem, potentiam , formam , & modum quibus poſſum aut debeo in hoc puncto præcipere , & mandare aut ſentire .

PRÆCEPTVM SEXTVM.

PRæcipio vobis ſpiritibus immundis qui ſunt in corpore vel extra iſtius creaturæ Dei, & quibuſcunque alijs, quod poſt eorum exitum nunquam audeant aut poſſint reuerti ad vexandam iſtam creaturam Dei tam intrinſicè quam extrinſicè, nec infirmitatibus neque indiſpoſitionibus corporis, nec timoribus, nec apparitionibus, nec viſionibus, nec alijs ſimi-

ſimilibus modis vel diſſimilibus, &c. In nomine Patris, &c. Amen.

Præcipio omnibus, & ſingulis ſpiritibus, & Dæmonibus in ſolidum, tam his qui hic fuerunt, & ſunt in corpore iſtius creaturæ ſiue maiores, ſiue minores, ſiue ſint intrinſicè vel extrinſicè, ſub quouis prætextu, & omnibus alijs ad quos mea ſe extendit authoritas, & voluntas mea in præſenti, & deſiderium iſtius creaturæ, quatenus pronuntiatis à me his verbis Sacris. Sit Nomen Domini benedictum. Statim, & ſine mora realiter exeant foras de toto corpore ac omnibus eius partibus, & vadant quocunque voluerit Chriſtus Dominus, & eius Sanctiſſima Mater, ſine vlla ſpe redeundi ad vexandum, & moleſtan-

leſtandum hanc creaturam Dei. In nomine Patris, &c. Amen.

Item eadem authoritate qua ſupra, præcipio omnibus ſpiritibus ſupradictis vt in eodem puncto meæ pronuntiationis in ſignum veri exitus audito verbo ſuprascripto. Sit Nomen Domini, &c. faciant creaturam ſubito genuflectere, & per manifeſtam ſpiritus exhalationem leuiter ſine omni dolore exeant in ęternam maledictionem, ita vt hæc omnia ſint ſimul verborum per me pronuntiatio, genuflexio creaturæ, & exhalatio, ac totalis ſpirituum immundorum expulſio.

[?]

ACTVS

ACTVS

LIBERATIONIS.

TVNC Energumenus ſurgat, & ſtans attendat totò corde, & fide expectans gratiam DEI, manibus iunctis humiliter. Exorciſta autem grauiter, & alta voce dicat verba infraſcripta.

Pro executione igitur omnium

ſupradictorum, in hoc loco, & tempore inuocato prius Sanctiſſimo nomine Ieſu, & Mariæ præcipio omnibus ſpiritibus ſupradictis, vt nunc, & modò exeant, quia nunc pronuntio verba ſacra.
Sit nomen Domini benedictum in ſæcula ✠
Amen.

CA-

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

Poſt Liberationem.

ENERGVMENVS poſt liberationem genibus flexis accipiat ab Exorciſta benedictionem ſigno Crucis , & faciat ſeipſum ſignare . Deinde ſurgat Exorciſta interim Crucifixo ſignat locum , & adſtantes dicendo . Ecce ſignum Crucis ,

fugite partes, &c. & aqua poſtea omnes aſpergat dicens.

Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius, &c. poſtea iterum dicat. Ecce Crucem Domini, fugite, &c. quo facto liberatus genibus flexis accipiat ab Exorciſta Imaginem Crucifixi, & manibus teneat, donec fiant gratiarum actiones.

Omnes genuflexi dicant. Te Deum Laudamus, &c. in fine dicatur. Confirma hoc Deus quod, &c. cum oratione Sancti Spiritus Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & Sancti. N. patroni. Deinde ad collum liberati ponantur Sacræ Reliquiæ, vel Crux, vel breue. Deinde ſignet ſe, dicente Exorciſta orationem. Gratias agimus tibi Domine, &c. & in fine omnes iterum benedicat. Si tempus

pus erit conueniens , libe-
ratus poterit reconci-
liare , & ſume-
reEuchare-
ſtiam .

(?)

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

Præſeruatio ab ingreſſu Dæmonum.

HIC Actus eſt valde neceſſarius, quia eſt periculum ſæpè noui ingreſſus, vel propter negligentiam liberati, vel maximam Dæmonum malitiam. Debet ergo liberatus tria obſeruare pri-

mò, in ordine ad Deum, credere ſe verè gratiam eſſe conſecutum non proprijs meritis, ſed Dei virtute; in quo nulla debet eſſe vacilatio, ſed firmiſſima credulitas, non obſtantibus quibuſcunque ſuggeſtionibus, & viſionibus, quibus non debet attendere.

Secundò, debet credere quod ſicut Deo placuit ipſum liberare, ita poſſe, & velle à regreſſu modò ipſe non deficiat in fide, & conſentiat, &c. & ſic nouiter portas inimicis aperiat. Dei enim perfecta ſunt opera, velle, & perficere, ergò ſicut credit ſe verè à Deo liberatum, ita ſperare debet ab eodem præſeruandum, alias noluiſſet.

Tertiò, Ne Deo ingratus exiſtat, illi continò gratias agat, enarret eius beneficia, & mira-

mirabilia, &c.

Quartò, quia peccatum eſt Diaboli inſtrumentum, ideo curet ſemper abſtinere à peccato mortali, imò, & veniali ſcienter; ſæpè confiteatur, communicet, ſit pius, &c. roget auxilium à Deo, à Beatiſſima Virgine Maria, à Sanctis ad reſiſtendum, & perſeuerandum. In Deo ſemper totam ſuam confidentiam habeat; non ſit otioſus, timidus, triſtis, cogitabundus, &c.

Secundò, ex parte Dæmonis; eius ſuggeſtionibus ſemper fortiter eſt reſiſtendum, quarum ſunt ſimiles pleræque his, nimirum quod verè non ſit liberatus, vel etſi ſit expulſus, abſente Exorciſta redibit, vel quod ſit occultus, quod experientiæ factę ſunt fictiones, & ſic quod non exijt

vel quod iam ſit regreſſus quia timuit, & conſenſum dedit, vel quod certò reuertetur, quia ipſe non poterit aduertere omnes eius ſuggeſtiones, & illis reſiſtere; quod remanſerunt ſigna, vel noua alia facta maleficia, *&* ſuppoſita, per talem vel, *&c.* vbi eſt ſuſpicio.

Vt autem Diabolus ſuam conſequatur intentionem, obſeruat pro immittendis ſuggeſtionibus circumſtantias loci, *&* temporis, perſonæ, vt ſi eſt patiens in obſcuro loco, vel de nocte ſolus, tunc timores immittit, vt minuatur fides, *&* detur conſenſus, ſi eſt infirmitas, ſuggerit eſſe ex Diabolo, quæ tentatio eſt frequens, & maxima, ideo valde reſiſtendum. Sic tentat, cum ille eſt malencholicus, in ira, paſſione aliqua, indi-

gnatione, nam cum homo tunc non ſit pleni iuditij, Diabolus ſuggerit ſuas tentationes, vt conſenſum habeat. Item obſeruat quando fiunt ex improuiſo humores, vel videtur quid horribile, &c. Diabolus ſuggerit ſe eſſe ingreſſum, vel à ſe prouenire, &c. ſi ſentitur in corpore aliquis humor frigidus vel calidus, idem facit, vt ſemper conſenſum eliciat, ſine quo ſcit non poſſe reuerti. Multa alia ſuggerit etiam ſubtiliſſima, proinde Patiens fortiter reſiſtat, & credat magis Exorciſtæ, quàm ſimilibus tentationibus, & ſi fiat reſiſtentia, Diabolus euaneſcit.

Reſiſtentia autem fit diuertendo ad alia mentem, illis non attendere, loqui, orare, ludere, conuerſari, Deo ſe committere, habere ſidem formam erga Deum, & authori-

thoritatem. Exorciſtæ, inuocare nomen Ieſu, ſignare ſe aqua benedicta, Dæmonem non timere, qui eſt formica, plus valet Deus, quam totus infernus, ſic non det conſenſum, dicat, non eſt verum, non credo, non fiet, non conſentio, DEVM habeo mecum.

(?)

* * *

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

Remedia præſeruationis.

PRIMO, præſeruetur anima a timore, & conſenſu, proinde ſemper fide credat Dæmonem nihil poſſe ſine conſenſu. Secundò, credat quod Deus non vult malum hominis, & animæ, ſed bonam. Tertiò, cre-

credat authoritatem Miniſtri eſ-
ſe à Deo, & in Cœlo adiuua-
ri. Quartò, credat quod verè
exijt Dæmon, & non poſſit re-
gredi, niſi dato nouo conſenſu.
Quintò, ſæpè reuoluat ſacras res
mente, paſſionem Domini, &c.
ne ſit locus ſuggeſtionibus. Sex-
tò, amet perfectè Deum, & illi
ſit totaliter mente, & fide addi-
ctus, cum quo non poteſt timere,
ſed inſultare Diabolo.

Deinde per aliquot dies ſumat
cibos benedictos; non obſeruet
dolores, infirmitates corporis,
vel humores decurrentes, quibus
ſi fides adſit, ſtatim diſpereunt,
non ſit ſolicitus quærere, vnde
proueniant. Si ſentit debilitatem
corporis, nihilominus non inter-
mittat ſi poteſt, quod facere in-
tendit, dicat ſic volo, ſic determi-
no, & ſine hæſitatione. Habeat

res ſacras ad collum , in cubiculo vbi dormit , frequentare ſacramenta , viſitare Eccleſias , & alia pia , &c.

ſuper omnia autem eſt fides,
ſine illa
omnia alia ſunt nullius valoris , & multa
alia, &c.

